ſuperlatiua aut diminutiua. Patronymica ſũt quæ a patre ſumunt̃: ut pelides priamides. Abuſiue ſæpe etiã a matre fiunt latonius apollo phyllirides chiron: Inous palæmon pleiades: aut ab auo: ut æacides: aut ab auia: ut ledea hermione: aut a fratribus: ut phaethõtiades: & laodomius heros: aut a maioribus: ut belides palamedes: aut a maritis: ut helena menelais aut a filiis: ut althea meleagris: ſicut Ibicus græcus retulit. Poſſeſſiua ſunt: ut euandrius enſis & æneia puppis: & romuleoq; recens horrebat regia culmo. Et phineia poſtquam clauſa domus. Et ante agamenoniam gratiſſima tecta mycenem. Hæc interdum poetæ quaſi patronymica proferunt: ut eſt oreſtes agamemnonius. Sed quod patronymicũ eſt poni quaſi κτητικὸν non poteſt. Paronyma ſunt quæ ab alio quodã trahũtur & nihil de ſupra memoratis ſignificant: ut equus eques. ρ̀ηματικὰ ſunt quæ a uerbis deriuantur nomina: hæc non abſurde uerbalia nomina dixerimus: ut dico dictio: ut in compoſitione prædico quod eſt tertiæ coniugationis prædictio: aut in altero quod eſt primæ prædicatio. Item lego lectio: oro oratio: parco parſimonia. Comparatiua ſunt cum aliquẽ uel ſuo uel alieno generi comparamus: ut fortior Superlatiua ſũt cum aliq̃nẽ cõparamus ad omnes: ut fortiſſimus omniũ. Cõparationis gradus ſũt tres poſitiuus qui & abſolutus: cõparatiuus ſup̃latiuus. Abſolutio ẽ elatio ſine cõparatiõe: ut fortis. Cõparatio eſt elatio cũ relatiõe ad aliũ: ut fortior. Sup̃latio eſt enũciatio cũ ſup̃latiõe ad omnes: ut fortiſſimus. Ex tribus cõparatiuus gradus ſẽper ẽ gñis coĩs. Cõparãtur aũt noĩa quæ aut q̃litatẽ aut q̃titatẽ ſignificãt. Sed quædã nõ ãplectũt̃ oẽs gradus. i. nõ p̃ tres gradus ſũt. Nã oĩa q̃litatũ noĩa ſex retinẽt formas q̃s ĩſerendas putauĩus. Aut. n. ĩcipiũt aut ſũt: aut ueniũt: aut adiiciũt̃: aut ĩuẽiũt̃: aut exeunt. Incipiũt cũ cõparatiuo deficiẽte gradu & ſup̃latiuo poſitiuũ tm̃ habent: ut mediocris rudis ſobrius ſigulus. Sunt quæ expoſitiui imagĩe p̃ õnes gradus formãt̃: ut fortis ſortior fortiſſĩus. Veniunt quæ poſt poſitiũ & gradus cæteros imaginẽ alterã ſumũt: ut bonus melior optimus malus peior peſſimus. Adiiciũtur

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cum extrīſecus poſitiuo tm̄ aduerbia quædā adiecta uice ſecū
di gradus ponūt̃ tā aut minus aut minīe aut magis aut maxīe
Dicīus.n.tā bonus tā malus minus bonus mīus malus magis
bōus magis malus. In eodē ineſt & pius. Inuēiūt̃ quæ trifarie
ordināt̃ ī hūc modū: uno ſcilicet deficiēte quolibet gradu poſi
tiuo cōpatiuo & ſuplatiuo. Poſitiuo ut ulterior ultimus ocior
ociſſīus. Cōptiuo pius piiſſīus. Suplatiuo ſenex ſenior. Exeūt
quæ ſuplatm̄ tm̄ habēt: ut nouiſſīus ſūmus. Cōpatio noīū ꝓ
prie ī cōpatiuo & ſuplatiuo gradu ē cōſtituta. Poſitūs ꝑfectus
& abſolutus ē. Sæpe aūt cōpatūs gradus præpōit̃ ſuplatiuo:
ut ſtultior ſtultiſſīo: maior maxīo. Sæpe idē mīus poſitiuo ſi
gnificat: q̄uis accipiat cōpationē: ut mare pōticū dulcius q̃ cæ
tera maria: minus amarū ſignificat: & nulli cōpat̃ ut iā ſenior
ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sūt noīa ſignificatiōe cōpati
ua ītellectu dimīutiua: ut grādiuſculus maiuſculus. Cōpatūs
gradus abltō caſu iūgit̃ utriuſq; nūeri & tūc hoc utīur: cū ali
quē aliēo uel ſuo gn̄i cōpamus: ut hector fortior diomede: uel
audacior patroclo achilles fuit & multis aliēis: ut fortiores græ
ci troianis. Sed gradu cōpatiuo & abltō ꝓpe æq̄libus & ſimili
bus nō utīur. Nā ſimiliū cōpatio nulla ē: ut hi duo uiri fortes
ſed hic altero fortior: ueꝝ ſuplatiuo cū unū an̄cellere pluribus
ſignificāus: ut ſi tres pluresue ſit uiri: eū quē ſupferīus fortiſſi
mū cæteroꝝ dicīus: & ſēper gtō plu. iūgit̃: ut optume graiuge
nū. Sed tūc hoc utīur: cū aliquē ſuo gn̄i cōpāus: ut hector for
tiſſīus troiāoꝝ fuit: achilles græcoꝝ. Pleꝝq; ſuplatūs ꝓ poſiti
uo pōit̃ & nulli cōpat̃: ut Iupiter optu. maxu. Interdū cōpati
uus ntō iūgit̃: ut doctior hic q̃ ille. Plautus īmenechnis. Quid
uis homo leuior q̃ pluma. Dimīutiua ſūt cū ī dimīutionē ad
abſolutoꝝ noīū fiūt ſīe ulla cōparatiōe: ut paruus paruulus
adoleſcēs adoleſcētulus. Hoꝝ aūt tres ſūt gradus: quoꝝ for
ma q̄uis magis minuitur: creſcit ſæpe numerus ſyllabarum.
Oīa.n.noīa fœminini gn̄is quæ caſu ntō ī.a.termīant̃: an̄ no
uiſſimā lr̄am recipiūt ſyllabā & faciūt dimīutionē: ut galea ga
leola. Itē maſculina in.us.caſu ntō termīata: & neutra ī.um.
finita eandē.lu.ſyllabam accipiunt: ut annus annulus: &

ſcānū ſcānulū. Maſculīa uero ea quæ genitiuo caſu.is.ſyl
laba termīant̃ nouiſſima ſyllaba.culus. recipiūt tanq̄ fons
fonticulus. Fœminīa cula tanq̄ nauis nauicula. Neutrū cu
lū: ut munus munuſculū. Similiter ea quæ.us.ſyllaba geni
tiuo ꝓferunt̃ tā maſculini q̃ fœmini (nam neurra nulla ſūt)
eaſdē ſyllabas admittunt tanq̄ fluctus flucticulus porticus
porticula. Apud ātiquos aliæ diminutiōes repiūtur. Deſcē
debāt.n.tertiā uſq; formā: tāq̄ arca arcula arcella arcellula:
catinus catinulus catinellus catulus catillus. oculus ocellus
ocellulus. Ex ſecūda diminutiōe quædā ſūt in uſu. pauca ex
tercia: ut ocellus ocellulus catellulus. Apud nos diminutio
nis hoc genus ſeruat̃: hoc eſt primæ poſitiōis .i. prima dimi
nutio. Omnis.n.appellatio primæ poſiōis .a. lr̄a terminata
caſu noīatiuo acceptis ſyllabis.ri.&.us. ſignificāt eū qui eā
rē aut præſtat aut uēdit aut emit ueluti amica amicarius cul
citra culcitrarius charta chartarius harena harenarius herba
herbarius lactuca lactucarius. Quod ſi rurſus detracta.a.
lr̄a a prima poſitione ꝓ.ri.&.us.ſyllabis adieceris.o.&.ſus.
erit.is. locus qui eas res multas habet: ut amica āicoſus cul
citra culcitroſus charta chartoſus harena hatenoſus herba
herboſus lactuca lactucoſus. Eadē quoq; diminutiua fiunt
ſi ante.a.u.&.l.poſueris: ut amica amicula culcitra culcitru
la charta chartula harena harenula herba herbula lactuca la
ctula. Ea aūt quæ an̄.a.habēt.i.ſic figurāt̃: ut controuerſia
cōtrouerſiola gr̄a gratiola & cætera oīa ſimiliter. Meminiſſe
aūt debemus ꝙ nō oīa diminutiōes faciūt quædā.n. ſigula
ria ſūt quæ nō ueniūt ī cōparationē tanq̄ cælū mare & ſimi
lia. Sūt etiā quaſi dimīutiua quoꝝ origo nō cernit̃: ut fabu
la macula tabula. Sūt itē quæ nō feruāt gn̄a quæ ex noībus
prīæ poſitionis acceperūt: ut ſcutū ſcutella piſtrinū piſtrilla
canis cāicula rana ranūculus ūguis ūgula ūguella ūguellula
Genus eſt dictio qua plures continentur ſpecies: ut animal.
Species eſt dictio originem trahens a genere paucioribus con
fuſa ſignificationibusquā genus: ut homo arbor. horū ge
nera nūero ſæpe plurali mutāt̃ & ſūt anomala. Maſculīa

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

neutrũ:ut hic intybus:mænalus:tartarus:locus: iocus. Sed
hæc intyba:tartara:mænala:dumtaxat neutra. Nam hæc lo
ca:hi loci:hæc ioca:hi ioci: dupliciter declinantur. Fœmini-
na in neutrum:ut hæc pergamus pergama. Neutra in maſ-
culinũ:ut porrum cælum forum hi porri cæli fori. Sed hæc
fora melius declinatur. Item neutra in fœmininũ balneum
epulum cepe:balneæ epulæ cepæ. Sed & hæc balnea ſiue bal
neæ per ordinem declinatur. Cepæ uero ſingulariter aptotõ
nomen eſt generis neutri:ut preneſte: plutaliter genere fœ-
minino ſublata priore dihthongo:uelut muſæ declĩbitur.
Quædã incerti ſunt generis nomina inter maſculinũ & fœ-
minininũ: ut cortex finis ſilex ſtirps pinus pampinus dies
radix. Inter maſculinum & neutrum:ut uulgus pecus ſal.
Inter fœminĩum & neutrum:ut pecus buxus pyrus prunus
malus. Sed neutro ftuctum:fœmininũ ipſas arbores dici-
mus ſæpe. Sunt quædam nomina quæ ſĩgulariter tantum
efferunt̃. Sunt quæ pluraliter hæc pene maiore exparte col-
lecta ſuo quoq; ordine ſubiiciẽus. Maſculina ſemper ſingu
laria:ut hic penus puluis ſanguis limus fumus uiſcus muſ
cus herba quæ in parietibus uel ĩ corticibus arborum hæret.
Item fœminina ſemper ſingularia:ut hæc pax lux culpa gal
la eloquentia elegantia proſapia memoria rabies ſanies ſo-
cordia ſupellex. Item neutralia ſemper ſingularia: ut hoc ui
rus pus baratrum locus apud inferos ꝓprie aũt apud athe-
nienſes in quẽ noxii præcipitant̃. Alium crocum ingenium
alec iuſtitium ſinapi. Maſculina ſẽper pluralia hi antes car-
ceres caſſes cani cancelli fori proſedibus & penatibus fori lo-
ca ſpectaculoꝝ. Itẽ fori ſunt in nauibus quo nautæ ſedentes
remigant freni & frena dicimus inferi liberi lares & larẽ legi
mus ludi loculi manes maiores mores natales generis nobili
tas optimates pugillares primores proceres poſteri penates
qnirites. Sed flaccus ĩ ſatyra quiritẽ dixit quinquatriæ gẽtes
lemures ſales cum religionis cauſa dicimus per hos ſales.
Sales tantum & ioci dicuntur uepres.
Fœminina ſẽper pluralia hæ aræ ꝓ penatibus ædes. Sed ædis

ſingulariter ſi dixeris templũ ſignificas: blãditiæ bigæ qua
drigæ compedes cerimoniæ cunæ crates delitiæ diuitiæ exe-
quiæ cxcubiæ fruges fores fortunæ feriæ gingiuæ indutiæ in
ſidiæ inimiciciæ illecebræ idus kalendæ lares lr̃æ pro epiſto-
la:manubiæ nuptiæ preſtigiæ:nares nundinæ nugæ neniæ
plagæ preces primitiæ phaleræ quiſquiliæ. grates quas agis
ob merita:gr̃æ deæ ſaranæ. ſortes: ſuppeniæ: ſordes: ſcopæ
ſcalæ:tenebræ. Sunt quædã numeri cõmunis quæ in noĩati
uo ſingulari pluraliq; ſimiliter efferunt̃:ut res ſpes.

Neutra ſẽper pluralia hæc.
Mœnia.
Cibaria.
Crepundia.
Iuga.i.ſũma montium.
Iuſta
Inteſtina.
Magalia.
Mapalia.
Neptunalia.
Parentalia.
Præcordia.
Roſtra ubi concionantur.
Spectacula.
Spolia. Virgi. ſpoliũ dixit.
Serta:ſponſalia.
Terminalia.
Cunabula.
Lumina. apud Virgilium
Luminis effoſſi.
Verbera. uerbere torto
Virgilius dixit.
Viſcera.
Vulcanalia.
Item metalica ſũt ſemper
ſingularia ut.

Auꝝ. Argentũ. Ferrũ. Aes.
Plũbũ. Orichalcũ. Stãnũ.
Caſſitrum. & Aurichalcum.
Quãuis æra dicimus cæteris
caſibus non utimur.
Illud uero ſciendum ꝙ neq;
deoꝝ noĩa neq; elemẽtoꝝ
neq; ciuitatũ neq; montiũ
nec fluuioꝝ plurali nũero
declinãtur niſi quæ ciuita-
tes pluraliter dicunrur:ut
Cumæ. Thebæ.
Athenæ.
Micenæ. Puteoli.
Baiæ. Oſtiæ
Nec ea quæ ponderi uel mẽ-
ſuræ ſubiecta ſunt plurali
ter declinãtur:ut Triticũ.
Frumentũ quãuis frumenta
ut mox & frumẽtis labor
additus & ordea legerĩus
Far. Ador. Faba.
Cicer. Milium.
Panicum & ſiqua horũ no-
minũ pluralia efferuntur:
cæteris caſibus ceſſabunt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Item. Mulſum.
Oleum. Muſtum.
Vinum quanuis uina dixerit Virgilius. De frutum.
De fruta uirgilius dixit.

Sunt item noīa quorum nominatiuus in uſu non eſt. ut ſi quis dicat hunc laterem & ab hac ditione.

Item per cæteros caſus nomina multa deficiunt.

Nomina aut fixa ſunt: ut pater mater: aut mobilia: ut bonus bona bonum. Alia nec in totum mobilia: ut martius martia Caius caia Draco dracæna Leo leæna Gallus gallina Rex regina. Sunt nomina tota græcæ declinationis: ut themiſto calypſo pan. Sunt tota conuerſa in latinam regulam: ut pollux pollideutes ulixes. Sunt inter græcam latināq; formam quæ notha appellant̃: ut achilles agamennon. Sunt præterea aliqua ſono maſculīa ītellectu fœminina ut pyrus pomus.

Satis inſtructi de nomine trāſeamus ad pronomen.

p Ronomen eſt pars orationis quæ pro ipſo noīe poſita (minus quidē pene) idem ſignificat perſonamq; interdum recipit.

Pronomini accidunr ſeptē qualitas: genus: numerus: figura: ordo: perſona: caſus.

Qualitates ꝓnoīum ſunt tres. finita: īfinita: minuſq̄ finita.

Fininita eſt quæ notat certum numerum & geſtum dirigit ad certam perſonam ut ego.

Infinita eſt quæ certam non recipit perſonam ſed cuilibet poteſt aptari: ut quis quæ quod.

Minuſquā finita eſt quæ certis & incertis perſonis aptari poteſt: ut ipſe.

Genera ꝓnominibus accidunt quattuor. Maſ. ut hic. Fœmi. ut hæc· Neutrū: ut hoc. Cōmune ut ego & tu. Sūt alia duobus generibus cōmunia Maſ. & neutro: ut quo quāto. Alia tribus: ut huius eius cuius.

Numeri pronominū ſunt duo aut enim ſigularia ſūt: ut ego: aut pluralia: ut nos. Sunt quædam numero communia: ut qui quæ. nam & qui uir: & qui uiri: & quæ mulier & quæ mulieres dicimus.

Figuræ duæ ſunt aut. n. ſimplicia ſunt pronomīa. ut quis aut compoſita ut quiſquis.

Perſonæ accidunr finitis pronominibus prima: ut mihi ſecūda: ut tibi tertia quoq; in minuſq̄ finitis reperitur: ut ipſe.

Ordo quoq; pronominibus accidit. aut . n. præpoſitiua ſūt: ut quis quantus. aut ſubiunctiua: ut is tantus.

Præpoſitiua quis fecit. Subiunctiua quæ uim reſponſi habēt is fecit. Item quantus ille eſt tantus ille eſt.

Pronomina quædam ut nomina: aut gentem ſignificant: ut cuias noſtras ueſtras. Aut numerum: ut quot tot: aut ordinē ut quotus: totus: aut qualitatē ut qualis talis: aut quātitatem: ut tantus quantus. Quædam poſſeſſiua finita ad aliquid referuntur & ea quattuor modis enūtiantur: aut . n. utraq; ſignificatione ſingularia ſunt ut meus: aut utraq; pluralia: ut noſtri ueſtri: aut intrinſecus ſingularia & extrinſecus pluralia: ut mei tui. Contra extrinſecus ſingularia & intrinſecus pluralia: ut noſter ueſter.

Caſus pronoībus ut noībus accidunt ſex per quos ꝓnominū genus inflectitur hoc modo.

Declīationes pronominū finitæ ſiue abſutæ ſunt hæ.

Ego pronomē finitū genetis omnis numeri ſingulatis figuræ ſīplicis pſonæ primæ caſus noīatiui quod declinabitur ſic.

Ego: mei: mihi: me: a. me. Sed uocatiuum habere non poteſt niſi exclamatio ſit: ut apud Horatiū. O qſquis uolet īpiā. Pluraliter nos: noſtrum: nobis: nos: a. nobis.

Nec pluralis uocatiuū habet niſi exclamatio ſit: ut cum dicimus. o. nos fœlices. Cæterū non eſt eoꝝ reprehendenda ſententia qui dixerunt in quibusdā noībus uocatiuū nō poſſe cadere cū etiam pene in omnibus ꝓnominibus nō debet eſſe uocatiuus. Sed nos nō dū refragamur rationi uocatīn adiecīus. Sed qm̄ declīationū cōtextū hēre uolumus īſeruīus.

Sed non ſolum uocatiuum non inuenimus: uerum etiam in quibuſdam caſus deficere uidemus.

Tu pronomē finitum gn̄is cōmunis numeri ſigularis pſonæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſecundæ caſus nõiatiui quod declinabitur ſic.
Tu tui tibi te.o.tu.a.te.N.P.uos ueſtrũ uobis uos.o.uos.a. uobis.
Ille pſonæ tertiæ generis maſculini numeri ſingularis figuræ ſimplicis quod declinabitur ſic.
Ille illius illi illũ ab illo .N.P. Illi illoꝝ illis: illos ab illis.
Gñis fœminini. Illa illius illi:illã ab illa.N. P. Illæ illarum: illis:illa: ab illis.
Generis neutri. Illud illius illi illud ab illo .N . P. Illa illorũ illis: illa ab illis.
Item finitum iſte ſic declinatur.
Minuſquam finita generis maſculini Ipſe ipſius ipſi ipſũ ab ipſo.N.P.Ipſi ipſorũ ipſis ipſos ab ipſis.
Gñis fœminini.ipſa ipſius ipſi ipſam ab ipſa . N.P . Ipſæ ipſarum ipſis ipſas ab ipſis.
Gñis neutri.Ipſũ ipſius ipſi ipſum ab ipſo .N.P. Ipſa ip ſorum ipſis ipſa ab ipſis.
Quare non ipſud ut illud & iſtud? quia ueteres non ipſe ſed ipſus dicebant: ut altus alta altum: ipſus quod eſt in comœdiis. eſt & apud Tulliũ. Sed recẽtiores ipſus cõmutauerũt & pro eo ipſe conſuetudini tradiderunt. Ipſum uero tenuit ſuam extremitatẽ ut etiam exemplum tullianum docuit.
Item infinita generis maſculini. Quis cuius cui quem a quo N.P. Qui quorũ quis uel quibus quos quis uel quibus.
Quæ gñis fœminini cuius cui quã.a.qua uel:a.qui . N.P.
Quæ quarũ quis uel quibus quas quis uel quibus.
Generis neutri. Quod cuius cui quod.a. quo uel.a.qui .N.P
Quæ quorũ:quis:uel quibus:quæ.a.quis: uel.a.quibus.
Item articulare præpoſitiuum uel demonſtratiuum qualitatis finitæ generis maſculini.
Hic:huius:huic: hunc: ab hoc.P.hi: horũ :his: hos : ab his.
Gñis fœminini:.Hæc:huius:huic hãc ab hac.Pluraliter. Hæ harum his has ab his.
Generis neutri Hoc huius huic hoc ab hoc.Pluraliter . Hæc horum his hæc ab his.

Itẽ pronomẽ articulare ſubiũctiuũ uel relatiuũ q̃litatis finitæ
Is:eius:ei:eum:ab eo:Pluraliter Ii:eoꝝ:eis:eos:ab eis.
Generis fœminini. Ea:eius:ei:eam:ab ea. Pluraliter eæ:earum eis:eas:ab eis.
Generis neutri. Id:eius:ei:id:ab eo. Pluraliter ea:eorũ:eis:ea: ab eis.
Item poſſeſſiua finita ad aliquid dicta ex una parte ſĩgularia perſonæ primæ gñis maſculini ex utraq; parte ſingularia.
Meus:mei:meo:meũ:a.meo. Pluraliter mei:meoꝝ:meis:meos:a.meis. Sed ueteres miis dicebant: ut ſit uocatiuus ſecundum regulam mi . Omnia nomina quæ noĩatiuo ante.us. nouiſſimã ſyllabam habent.i.uocatiuũ terminant.
Generis fœminini numeri ex utraq; parte ſingularis.
Mea:meæ:meæ meam:a.mea. Pluraliter meæ:mearum meis meas:a. meis.
Perſonæ ſecundæ numeri ex utraq; parte ſingularis.
Tuus:tui:tuo:tuũ:a.tuo.Pluralr̃.tui:tuoꝝ:tuis: tuos:atuis:
Generis fœminini numeri ex utraq; parte ſingularis.
Tua:tuæ:tuæ:tuã:a tua.Pluralr̃. tuæ tuaꝝ tuis: tuas:a.tuis.
Generis neutri. Tuum:tui:tuo:tuum:.a tuo . Pluraliter tua: tuorum:tuis:tua:.a tuis.
Perſonæ tertiæ gñis maſculini nũeri ex utraq; parte ſĩgularis.
Suus:ſui:ſuo:ſuũ:a.ſuo.Pluralr̃.ſui:ſuorũ:ſuis:ſuos:a.ſuis
Generis fœminini nũeri ſingularis . Sua:ſuæ:ſuæ:ſuã:a ſua: Pluraliter ſuæ:ſuarum:ſuis:ſuas:a.ſuis.
Generis neutri.Suũ:ſui:ſuo:ſuum:a ſuo.Pluraliter ſua:ſuorum:ſuis:ſua.a.ſuis.
Item poſſeſſiua ad aliquid dicta ex altera parte pluralia perſonæ primæ generis maſculini.
Noſter:noſtri:noſtro:noſtrum:a.noſtro.Pluraliter ex utraq; parte noſtri:noſtrorum:noſtris:noſtros:a.noſtris.
Generis fœminini noſtræ:noſtraꝝ:noſtris:noſtras.a.noſtris.
Generis neutri ex altera parte ſingularis. Noſtrum:noſtri:noſtro:noſtrũ:.a noſtro. Pluraliter ex utraq; parte noſtra:noſtroꝝ:noſtris:noſtra:a.noſtris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Perſonæ ſecūdæ numeri ex altera ꝑte ſigularis gn̄is maſculini
Veſter:ueſtri:ueſtro:ueſtrū:a.ueſtro.Pluraliter ueſtri:ueſtro
rum:neſtris:ueſtros:a.ueſtris.

Generis fœminini numeri ex altera parte ſingularis ueſtra:ue
ſtrarum: ueſtris: ueſtras:a ueſtris. Pluraliter ex utraq; ueſtræ
ueſtraꝝ:ueſtris:ueſtras:a ueſtris.

Generis neutri ex altera parte ſigularis. Veſtrū:ueſtri:ueſtro:
ueſtrū:a.ueſtro.Pluraliter ex utraq; parte ueſtra:ueſtrorū:
ueſtris:ueſtra:a.ueſtris.

Sunt item ꝓnomina finita perſonæ tertiæ generis omnis nu-
meri cōmunis ſine nominatiuo & uocatiuo:ut ſui:ſibi:ſe:a
ſe.Hoc quoq; pronomē omnium generū eſt cōmune Mihi
tibi ſibi. Mihimet: tibimet:ſibimet:memet:temet:ſemet.
Egomet:tumet:illemet.Ego metipſe:tu metipſe:ille metip
ſe:Meaptæ:tuapte:ſuapte:noſtrapte.Mecum:tecum:ſecū
nobiſcum:uobiſcum.

Maſculina quiſq;:cuiuſq;:cuiq;:quēq;:a quoq;.Pluraliter q
q;: quorumq;: quibuſq;: quoſq;: a quibuſq;.

Fœminina quæq;:cuiuſq;:cuiq;:quanq;:a quaq;. Pluraliter
quæq;:quarūq;:quibuſq;:quaſq;:a quibuſq;.

Neutra quodq;:cuiuſq;:cuiq;:quodq;:a quoq;. Pluralr̄ quæ
q;:quorumq;:quibuſq;:quæq;:a quibuſq;.

Maſculina quiſquam:cuiuſquam:cuiquam:quēquā:a quo-
quam.Pluraliter quiq̄:quorumq̄:quibuſquā:quoſquam:
a quibuſquam.

Fœminina quæquā: cuiuſquam:cuiquā:quanquā a quaq̄.
Pluralr̄ quæquā:quarūquā.qbuſquā:quaſquā:a qbuſquā

Neutra quodquā et cætera.Pluraliter quæquā et cætera.

Maſculina quicunq;.ſimiliter.pluraliter quicunq;.

Fœminina quæcunq; & cætera.Pluraliter quæcunq; et cætera

Similr̄ neutra quodcūq; et cætera.pluralr̄ quæcūq; et cætera.

Maſculina qlibet:cuiuſlibet: cuilibet:quemlibet:a quolibet.
Pluraliter quilibet et cætera.

Fœminina quælibet et cætera.Pluraliter quælibet et cætera.

Neutra quodlibet:cuiuſlibet:cuilibet:quodlibet: a quolibet.

Pluralr̄ quælibet:quorūlibet:qbuſlibet:quælibet:a qbuſlibet

Maſculina quiuis:cuiuſuis:cuiuis:quemuis:a quouis.Plura
liter quiuis:quorumuis:quibuſuis:quoſuis:a quibuſuis.

Fœminina : quæuis :cuiuſuis:cuiuis:quāuis:a quauis.Plura
liter quæuis:quarumuis:quibuſuis:quaſuis:a quibuſuis.

Neutra quoduis:cuiuſuis:cuiuis:quoduis:a quouis. Plurali
ter quæuis:quorumuis:quibuſuis:quæuis:a quibuſuis.

Maſculina alius:alii:alio.alium.ab alio:Pluraliter alii:alioꝝ
aliis:alios:ab aliis.

Fœminina alia:aliæ:aliæ:aliam:ab alia.Pluraliter aliæ:aliaꝝ:
aliis:alias:ab aliis.

Neutra aliud:alii:alio:aliud:ab alio.Pluraliter alia:aliorum:
aliis:alia:ab aliis.

Maſculina alter:alterius:alteri:ab altero.

Neuter:neutrius:neutri:neutrum:ab neutro.

Vter:utrius:utri:utrum:ab utro.

Vterq;:utriuſq;:utriq;:utrunq;:ab utroq;.

Alteruter:alterutrius:alterutri.alterutrū:ab alterutro.

Vnus:unius.uni:unum.ab uno.Pluraliter uni:unorū:unis:
unos:ab unis.

Vnuſqſq;:uniuſcuiuſq;:unicuiq;:unūquēq;:ab unoquoq;.

Quidam:cuiuſdam:cuidam:quendā:a quodā.

Aliquis:alicuius:alicui:aliquē:ab aliquo.

Vllus:ullius:ulli:ullum.ab ullo.Nullus ſimilr̄.Pluralr̄ nulli

Fœminina nulla:nullius:nulli:nullam:a nulla.Pluralr̄ nullæ
nullaꝝ:nullis:nullas:a nullis.

Neutra nullū:nullius:nulli:nullum:a nullo.Pluraliter nulla
nulloꝝ:nullis:nulla:a nullis.

Maſculina totus:totius:toti:totū:a toto.Pluralr̄ toti:totoꝝ:
totis:totos:a totis.

Fœminina tota:totius:toti:totā:a tota.Plutalr̄ totæ: totarū:
totis:totas:a totis.

Neutra totum:totius:toti:totū:a toto.

Pluraliter toti:totorum:totis:totos:a totis.

Fœminina tota:totius:toti:totā:a tota.Piuralr̄ totæ: totarū:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

totis:totas:a totis.
Neutra totum:totius:toti:totum:a toto. Pluraliter tota: to
toru͂:totis:tota:a totis.
Maſculina qualis:qualis:quali:qualem:a quali. Pluralr̃ qua
les:qualium:qualibus:quales:a qualibus. Fœminina eodẽ
modo declinantur.
Neutra quale:qualis:quali:quale:a quali. Pluraliter qualia:
qualiu͂:qualibus:quales:a qualibus.
Hoc pronomen quod eſt qualis cum ſequatur talis cõmunia
ſunt maſculino & fœminino. Neutru͂ tale: Pluraliter talia.
Maſculina idem:eiuſdem:eidem:eundem:ab eodem. Plura
liter iidem:eorundem:iiſdem:eoſdem:ab iiſdem.
Fœminina eadem:eiuſdem:eidem:eandem:ab eadem. Plura
liter eædem:earundem:iiſdem:eaſdem:ab iiſdem.
Neutrum idem:eiuſdem:eidem:idem:ab eodem. Pluraliter
eadem:eorundem:eiſdem:eadem:ab eiſdem.
Nemo pronomen non habet genetiuu͂:ut dicamus neminis:
ut quibuſdam uidetur. ſicut & alius pronomen æque geni
tiuum non habet ut dicamus alius. & ſi antiqui gtm̃ alius
producte dixeru͂t quorum auctoritati & nos accedimus:cu
ius nominatiuu͂ ueteres nõ tantu͂ alius. ſed etiam alis: ſicut
Saluſtius ait Alis alibi ſtãtes omnes tamen aduerſis uulneri
bus ceciderunt. cõuĩcitur uero hæc opinio auctoritate Plau
ti qui ita dixit in captiuis neminis miſereri certum eſt.

Erbum ẽ pars oratõis præcipua ſine caſu. Et eĩm
uniuerſæ orationi uberes præbet ad facultatem
uires: cuius operæ precium eſt penitus intueri
ptãtem ne ĩſcitia uitioſu͂ exerceamus ſermonem
Vis igitur huius temporibus & pſonis admĩſtrat̃. Verbu͂ aut͂
ab eo dr̃ quod uerberato lĩgua ĩtra palatu͂ aer̃ oĩs oro̾ pmat̃
Verbo accidunt tẽpora cu͂ perſonis ſociata:nec oĩo hæc ſecer-
ni a ſe poſſunt:qn ſimul uerbi uis diſſoluatur. In aliis eĩm
partibus orõis ſunt tẽpora a pſonis diſtracta:ut ĩ participi-
is. Itẽ ĩ aliis perſonæ nequaq̃ tẽporibus ĩdigẽt:ut ĩ pnoĩbus
Admittit quoq; uerbu͂ præter perſonas & tẽpora:numerum:
figuram:qualitatem:ſignificationem:ſiue genus: modum
ſiue inclinationem:coniugationem.
Perſonas quidem quibus ſermo exercetur. Numerum uero
cum quis qui ue ſint qui loquantur. Tempus cum quãdo
quid factum aut dictum ſit quæritur.
Figuram cum quæritur ſi ſimplex ſit uerbum: aut compoſi-
tum. Qualitatem cum cuius ſit ſpeciei uel qualitatis uer-
bum exploratur. Significationem cum cuius ſit generis &
ſiguificationis uerbum quæritur. quæ ſingula diligentius
exponemus.
Perſona eſt rationalis ſubſtantia. Perſonæ in uerbis ſunt tres
per quas uniuerſus adminiſtratur ſermo. Prima eſt quæ lo-
quitur:ut dico. Secunda qua cum ſermo habetur:ut dicis.
Tertia de qua quis loquitur & relatio indicatur:ut dixit.
Numerus præterea accidit uerbis prorſus uterq; ſingularis &
pluralis. Dualis enim apud græcos dumtaxat ualet:a nobis
excluditur eodem modo quo & in nominibus. Nequaquã
enim reperiri poteſt in latino ſermone ulla dictio quæ dua
lem exprimat perſonam. Antiquitatis enim romani memo
res dualem numerum poſteritatis uſu receptum quaſi no-
uellum uſurpare noluerunt. Is nanq; ſicut a primordio ſer
monis a natura proditi in obſcuro habitus ignorabatur: ſic
diutius incertus inter utrunq; numerum tã ſingularẽ q̃ plu
ralem latebat. Sero autem ſuperuenientibus ſæculis ſcrupu
loſæ curioſitatis obſeruationibus cœptus quaſi intercalaris
irrepſit. Et hac de cauſa apud ueteres raro reperitur: quoni-
am erroribus illaqueatis multiplicatur. At eo per huiuſmo
di oĩs eminẽs uſus græcoru͂ lĩguæ declaratur. Apud ãtiquos
uero dumtaxat plurimum ualet:maxime apud Homerum
qui cum ſit atticæ linguæ cultor: & patrii ſermonis aſſertor
ut quidam putant:tamen non erat neſcius antiquitatis:ſi-
cut uerſus ille teſtatur. ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμή
τορε λαῶν Cu͂ enim duo fuiſſẽt ipſe uetuſtatis memor plu
ralr̃ ſalutationem ptulit hoc modo. ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ἐυκνημιδες ἀχαιοί.

Præterea ſuperfluus antiquis uiſus eſt: ſiquidem ex numeri
pluralis imagine dualis declinatio formata normatur.

Figura uerbi bipartita eſt . aut enim ſimplicia ſunt uerba: ut
ſcribo:aut compoſita:ut inſcribo.

Componuntur autem uerba ſicut nomina modis quattuor.
aut ex duabus partibus integris:ut conduco: conuoco: aut
ex duabus corruptis:ut efficio:malo id eſt magis uolo.effrĩ
go:aut ex integra & corrupta:ut accumbo : aut ex corrupta
& integra:ut oſtendo.

Tempus eſt uiciſſitudo rerum triformium mutabilitate com
prehenſa:Siquidem poteſt comprehendi quod nunquam
ſtat uel ſpatium ætatis uolubile quod in eiſdem mutatio-
nibus faciens declinationem quod numero uidetur cõpre-
hendi. Hactenus de tẽpote duplici: nunc de temporibus
uerborum dicemus.

In primis tempus per ſe nullum directum eſt omnino cum ꝑ
ſe in ſe reuoluatur . & ſic facimus:aut fecimus: aut facturi
ſumus.hoc ex re indiuiduo tempori imponimus partes tẽ-
poris:non tempus diuidentes:ſed actum noſtrum diuerſũ
ſignificantes.Vniuerſa enim quæ aguntur in nos diuidun
tur per actiones.Diuerſo igitur agendi tempore tempus ip
ſum impartimur quaſi impartimur trifarie tantũ quo cũ-
cta gerimus.Ideoq; tria tempora eſſe dicimus ĩſtans præte-
ritum:futurum.Inſtãs tempus cum adhuc agimus:præte-
ritumperfectum cum iam fecerimus: futurum cũ acturos
nos pollicemur .Vnum tamẽ ex his præteritumperfectum
diuiduum ẽ. Ex eo enim ſcinditur præteritum imperfectũ.
Item præteritumpluſquamperfectum. Hoc facto tria tem-
pora perfecta uidentur eſſe quo nimirum quæ agimus tri-
plici modo differẽtiam reperimus.Præteritum imperfectũ
ideſt præteritum nõ tamẽ perfectum cum quaſi præteriſſe
tẽpus affirmamus alioquĩ cœpimus:nec perfecimus: quaſi
legebã & ſcribebã.In enim præpoſitio plerunq; derogatiua
non nunquam adiectiua ut in aliis patebit quæ addita ple
runq; derogat: non addita ad finem perductum ſignificat.
Perfectum enim tempus:cum tempus eo quod egimus fi-
nitum eſt.Item præteritum pluſquam cum tempus iã pri-
dem exactum demonſtramus:quo quid egimus. hoc unũ
diſtat a præteritoperfecto quod ſuperioris temporis recens
uideri poteſt actus ſequentis longa ĩterpoſitiõe. Ita enim
græci ὑπερσυντέλικόν appellant quaſi. ὑπερσυντελού
μενον . quod nos præteritum pluſquam perfectum dici
mus.Id uero tempus perfectum apud nos:pro ἀορίστω πα
ρωχημένω . ualet. Ratione igitur ſtatuerunt actus no
ſtri tempora ĩſtans quod & præſens cum quid maxime agi-
mus.Præteritum imperfectum ſi quod egimus non perfeci
mus:ſed agere deſinimus:unde non nulli inchoatiuum tẽ-
pus appellauerunt.Perfectum cum actum perficimus & fa
cere deſinimus:Pluſquamperfectum cum quod egimus in
ueterauit.Futurum cum nondum agere inſtituimus: uerũ
acturos promittimus.Hæc de temporibus.deinceps cætera
perſequemur.

Genera uerborum quibus ſignificationes quo pacto ſignificã
tur referemus. Vt enim in nominibus ſunt genera quibus
ſexus exploratur ita quærunt in uerbo quo affectus ſignifi
catur:Verum ne actiuum ſit an paſſiuum. Genera uerboꝝ
ſiue ſignificationes ſunt principales duo actiua & paſſiua.
Ex his enim naſcuntur alia:neutra:communis : deponens.
Ita fiunt numero quinq;.Imperſonalis a quibuſdã admit
titur.

Actiua ſignificatio eſt cum alio agente ſit qui patiatur id eſt
cum actum noſtrum alterius patientia ſignificat:ut laudo
hoc ita.o.littera terminatur ur recipere poſſit etiam paſſiuã
ſignificationem adiecta.r.littera.Itaq; cum utraq; perſona
conſtat in declinatione uerbi ut tam efficere q̃ effici queat
proprie dicitur actiuum:itemq; paſſiuum .

Paſſiua eſt cum alio patiẽte apud alium eſt adminiſtratio.i.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cum patientiam noſtram alterius actus ſignificat. ut laudor: hoc ita & ſimilia terminantur ut recipere poſſint actiuam ſignificationẽ amiſſa. r. littera: ut laudo.

Neutra eſt quæ ſpecie actiuæ enuntiationis. o. littera clauditur & . r. litteram nunquam recipit: & ob id paſſiuam formam non poteſt exprimere.

Vbi enim uis patiendi non eſt ex actiua declinatione locum declinatõnis paſſiuæ non habet. Item ſi alio patiẽte ſub alia ſpecie penes alium non ſit adminiſtratio ſimiliter neutra dicimus.

Alterum itaq; uniformiter ſignificat agentem uel patientẽ: agentem: ut facio: ambulo: curro. patientẽ: ut ardeo. ueneo uapnlo. Ex hac quoq; forma ſunt & illa uerba in quibus nec agentis ſignificatio plene dinoſcitur: nec effectus oſtenditur: ut ſedeo: ſudo: dormio: iaceo: ſto: algeo: ſitio: eſurio. Neſcis enim agat quis an patiatur quæ quidam ſupina dixerunt: alii abſolutiua appellant: non nulli depoſitiua nominant.

Communis eſt quæ tam actiuam q̄ paſſiuam ſignificationẽ ĩ ſe habet. hæc ita. r. littera terminantur ut eam non poſſint amittere quemadmodum & deponens: ut oſculor. & crimi nor. Dicimus enĩ oſculor te: & oſculor a te. ſimilr̃ et cætera.

Communia autem dicimus ut ĩ nominibus quæ ſub una ſpecie genera diuerſa admittunt. Item in uerbis quæ ſub paſſiua declinatione dumtaxat diuerſi actus ſignificationem exprimunt.

Deponens eſt quæ in. r. litteram deſinit: ut paſſiua: ſed ea adẽpta latinum non eſt. unde per Antiphraſim ideſt econtrario ſic appellatur: quia uerbum. r. littera finitum deponere eam non poteſt: ut loquor: naſcor: ſequor. non enim dicimus naſco. & cum ſit paſſiua ſpecies actiuam non habet.

Itaq; nec paſſiua ſunt: quia actiua non reddunt: haud cõmunia eſſe poſſunt: quia ſub uno genere declinationis utrãq; continent ſignificationẽ.

Placuit itaq; aliis ea deponentia dici quod una ſignificatione depoſita a communi ſeparatur: uel quia deponit ambiguitatem ſermonis.

Imperſonalis uerborum ſignificatio tam ſub actiua ſpecie q̄ paſſiua extat dicta imperſonalis ꝙ ſine perſonis pronominis intelligi nõ poteſt: quamuis formã actiuorum aut paſſiuorum habere uideatur. Nam etſi tertiæ perſonæ formã exprimat: tamen tribus modis uerbis omnibus iungi ſolet propriis quoq; perſonis nõ enuntiatur: ſed ut plenus ſit ſẽſus extrinſecus neceſſario adduntur pronomina ſine q̄bus nihil huiuſmodi uerba ſignificare poſſunt quaſi pudet me te: illum. Itur a me: a te: ab illo.

Quoniam de generibus quod erat dicẽdũ dixi modos quoq; ſubiungam: quos quinq; eſſe omnes fere grãmatici conſentiunt. Nam qui ſex uoluerunt: alii promiſſiuum: quidam imperſonalem coniungunt: qui ſeptem utrunq; prioribus adiciunt: qui amplius prioribus percontatiũ aſſumunt. q̄ nouem coninnctiuum a ſubiunctiuo ſeparant: qui decem eſſe adhortatiuum aſcribunt. Verum ex his ut ipſa declinatio uerborũ expoſcit: imperſonalis & patticipalis a quibuſdam admittuntur: de quibus doſtea referre placuit.

Modus itaq; uerborum ſiue inclinatio in quinq; deducitur partes. Aut enim finitiuus eſt modus: aut imparatiuus: aut optatiuus: aut ſubiunctiuus: aut infinitiuus.

Finitiuus modus eſt cum quaſi finita & ſimplici utimur expoſitione ipſa dictione per ſe commendantes ſenſum ſine alterius diuerſo complexu: ut accuſo: accuſabam. Identidẽ per omnia tempora quod ĩ ſubiunctiuo parum eſt. Subiũctiuus enim dictus eſt quoniam neceſſe eſt alius ſermo ſuggeratur quo ſuperior pateſiat hoc modo cum dicã: cum dixerim: cum dixero: proculdubio nõ dum hic finitur ſermo. finit᷑ eĩm hoc mõ: cũ dixero uenies: cum fecero aſpicies & ſimilia q̄d᷑ ĩ modo finitiuo nõ deſiderat᷑. Itẽ a q̄buſdã ĩdicatiuus appellat᷑ quo ĩdicamus: ꝓnutiatiuus quo ꝓnũtiamus.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deinceps imparatiuus modus eſt qui enuntiat externo offi
cio imperantes:& hic modus ſingulari quidem numero pri
mam non admittit perſonam:ut lauda. Et enim abſurdũ
eſt omnino quenquam ſibi imperare cũ promptus ſit ſua
ſponte facere.

Imperio enim indigẽt externæ perſonæ. Plurali uero tres per
ſonæ neceſſario adhibentur. Conſerit enim ſe prima perſo
ua cum aliis:& dum imparat ſe quoq; in idem miniſteriũ
uocat:quem quidam hortatiuum eſſe putauerunt:cum di
cimus faciamus;legamus & ſimilia. Illud præterea non nul
lis abſurdum uiſum eſt tertiam perſonam modo imparati
uo ineſſe:quoniam nemo abſenti imparat quorum nomi
nis firma comprehenſio:quoniam ferme uniuerſus ſermo
inſeritur inrer primam & ſecundam perſonam. Secũda ue
ro ſuo cedit uſu materiam proſtaurat: & primæ dicenti:&
ſecundæ audienti imparamus ut pareat ipſe:uel ut accuſet
aut alii noſtrum nuntient imperium uelut accuſet. unde
uel merito boc pacto & in hac declinarione erit nuntiantis
perſona hoc tamen a cæteris differens ꝙ de aliis nuntiatur:
cum dicimus faciat:legat tertia perſona. Imparamus enim
ut nuntietur illi facere uel legere. in hoc modo inſtanti tem
pore numero plurali tertia perſona dupliciter declinatur ac
cuſemus:accuſate:accuſent:& accuſãto.

Poſterior ſermo more ueterum uſurpatur. figuratur eĩm hoc
modo littera. o. adiicitur tertiæ perſonæ numeri pluralis tẽ
poris inſtantis modi finitiui ſic accuſamus:accuſatis: accu
ſant:huic accedit. o. littera & fit accuſanto. idem in omni
bus.

Futurum uero tempus differt a cæteris futuris:quia nõ ut cõ
feſtim fiat impamus:ſed in futurum fieri ut perpetuũ fiat
quia facito:legito. i. ſemper fac:ſemp lege. iure ergo diceret̃
quaſi futuri. quem ſermonẽ nõ nulli cõſueuerunt mãdati-
uum potius q̃ impatiuum dicere:qm̃ præſenti tẽpore ĩpare
ſolemus ut fiat. In futuꝝ uero magis mãdar̃. cæteræ pſonæ
proprie non reperiuntur in hoc modo futuri temporis:
nõ nulli futuri temporis præſentis abutuntur cum dicitur
facito:faciat:facitote:faciant: idipſum quod nos ſecunda
perſona uulgo tempore futuro uſurpamus facito:legito:di
centes:& pro ſecunda perſona admittitur apud ueteres cũ
dicitur:ille hæres eſto(& ut proximis utar exẽplis apud Vir
gilium). Primus equum faleris inſignem uictor habeto.
Item. Tertius hac galea contentus abito. In hoc modo decli
natione paſſiua tempus futurum apud ueteres uulgo uſita
tum eſt. loquitor:largitor:legimus apud Terentium loqui-
tor paucula. Idem de te largitor puer:ideſt loquere largire.
Et Plautus ĩ pſeudulo. Pietatem ergo amplexator noctu ꝓ
phœniceo. Non nulli uererum etiam actiuo more tempus
futurum imperatiuo modo ex uerbis quoq; paſſiuis decli-
nationes uſurpauerunt:ut Tullius in dialogis de re. p.

Sequitur optatiuus modus quem tum demum uſurpamus
cum precibus expoſcimus a diis. unde ab optãdo optatiuus
dictus eſt. Sunt qui excludunt ex hoc modo præſens tem
pus. Neceſſe eſt enim omnium conſenſu in futurum opte-
mus. non nulli uero admittunt:quod nimis uidetur abſur
dum: quoniam nemo optat quod habet: ſed ut habeat.
Identidem Ii qui admittunt in ambiguum ducunt tẽpus
futurum cui ſimile faciunt inſtans dicendo utinam legam
utinam faciam:pro inſtanti & futuro idem uſurpãtes. nec
reſpiciunt quantum diſcrimẽ ſit ĩter hæc tempora quæ uni
formiter praue declinantur. Debent enim cum ſint inter ſe
longe diſcrepantia ſenſum quoq; declinatione diſſentire.
Rectius ergo alii ficerunt qui ob ambiguitatem imperfecto
etiam ĩſtans iunxerunt ut ſit idem inſtans & imperfectum
utinam facerem. Exoritur item alia quæſtio quo pacto præ
terita tempora inſerantur. qui enim poteſt quiſquam ĩ præ
teritum optare. Sed hæc quæſtio nõ abſurda uidetur. Aſ
ſeritur tamen ratione idonea ut non immerito inſerta hæc
tempora uideantur. Perſæpe enim optamus nõ modo ut

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

habeamus quod cupimus: uerum etiam incuſantes factũ de quibuſdam quæ qm̃ non habuerimus in poſterum habere non poſſumus quæ uelimus quaſi utinã ſcripſiſſẽ ut proficerem: utinã ueniſſem ut audirem. hæc & his ſimilia.

Subiunctiuus ſiue adiunctiuus ideo dictus ꝙ nõ per ſe exprimit niſi inſuper alius addatur ſermo neq; ſuperior pateſiat Subiungit enim ſibi uel ſubiũgitur neceſſario alteri ſermoni hoc modo cum dixero audies: cum fecero aſpicies: & ſimilia: quod in declinatione finitiua non conſideratur: & nihil differt ab optatiuo niſi tẽpore tantum futuro. Et in hac ſubiunctiua numero plurali uniformem declinationem ꝑfecti & futuri temporis accentus diſtinguit. Perfectum eĩm acuto accentu declinatur. Futurum circumflectitur quaſi perfecto cum dixerimus. Item futuro cum dixerimus.

Infinitiuus qui & perpetuus numeris & perſonis. ideo dictus infinitiuus ex eo ꝙ parũ diffinitas habet perſonas & numerum. Idem enim ſermo & de tribus perſonis & duobus numeris uſurpatus: ut cum dicimus facere ego: tu: ille: uolo & uolumus. Vnde imperſonatiuum hunc non nulli & ĩſignificatiuum dixerunt: quoniam parum tali ſermone definita eſt perſona. Perpetuus non ĩmerito appellatur. Siquidem perpetuum eſt puod finem non habet: ut legere: ſcribere: tẽporibus: numeris: perſonis accidit. Tẽpora habet ipſa quæ ſunt præcipua inſtans: perfectum: futurum. Hoc mõ plerunq; ueteres hiſtoriæ ſcriptores & imperfecta tempora finitiua ſignificant: quale eſt apud Saluſtium.

Hic ubi primum adoleuit non ſe luxui aut inertiæ corrumpẽdum dedit: ſed ut mos gentis illius eſt equitarẽ: curſu cum æqualibus certare: & cum omnis ante iret: omnibus tamen carus eſſe. pro eo ſane quod eſt ut mos gentis illius eſt iaculabatur: equitabat: curſu cum æqualibus certabat: & cum omnis ante iret: omnibus tamen carus erat. In hoc modo & illud fuit obſeruandum quod in paſſiua declinatione er. ſyllabã ueteres crebre addũt quaſi accuſarier appellarier

Quale eſt apud Virgilium (proximis enim utar exẽplis) Magicas in uitam accingier artes: pro eo quod eſt accingi.

Eſt enim moris antiqui in quibuſdam ſermonem ex habũdãti addere. Nihil enĩ ſyllaba addita confert tali dictioni. Meminiſſe autem debemus futurum tempus non ſemper ĩ finitis accidere.

Nam egeo & ſtudeo egere & eguiſſe: ſtudere & ſtuduiſſe faciunt: nec tamen ſtuditum ireaut egitũ ire: dicere poſſumus: ut lectum ire.

Impſonalis quoq; uerborũ modus ſine perſona pronominis intelligi non poteſt. Vnde impſonalis dicit̃ hic ab omni genere nerborũ iuxta ſimilitudinẽ cõiugationis colligitur. Nã ſi prima eſt: uel ſecũda: uel tertia coniugatio ſublata ſecundæ perſonæ nouiſſima littera & addita. tur. ſyllaba ĩperſonalem facit. ut puta amo amas: amatur: teneo tenes: tenet̃: curro curris: curritur. Præteritũ autem impfectũ eius in batur. exire debet: ut tenebatur. Perfectum. in eſt uel fuit: ut tentum eſt uel fuit. Pluſquãperfectũ. in erat uel fuerat: ut tentum erat uel fuerat.

Futurum a prima uel ſecunda coniugatione in. bitur. ſicut ẽ amabirur: tenebitur. A tertia in. etur. ut eſt legetur. Hac ratione modus ĩpſonalis colligitur. At uero ſi. r. littera faciũt terminata: ut ſunt paſſiua: communia: & deponentia uniformiter currunt. Cætera uerba imperſonalia quæ a ſe oriũtur inter genera uerborum potius ordinare quidam probauerunt: quibus eloquentiæ: & doctrinæ tributa eſt auctoritas. Hæc enim integram declinationem deſiderant habere: & per omnia tempora atq; modos ſicut cætera uerba declinantur: ut pudet: pœnitet: & ſimilia: de quibus in ſuo loco plenius exponemus.

Participalis modus uerborũ dcũs ẽ ꝙ eius uerba ſũt participiis oĩa ſimilia: nec tñ participia ſũt: ut legẽdi: legẽdo: legẽdũ lectũ lectu. Diciũs. n. legẽdi officiũ mihi ẽ: legẽdo didici: legẽdum ẽ: lectu proficit: & lectũ ẽ: quibus participia ſimilia ſunt: ut huius legendi: & huic legendo: hunc legendum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

& hũc lectum. Hæc eadem ſunt quæ probus ſupina appellat merito: qnoniã nec certum habẽt numerũ: nec perſonã: nec ſignificatũ: quo ſolo ab ĩperſonalibus differũt. Nã impersonalia agentis tantum habent ſignificatum: ut puta legitur: ſcribitur: hoc ẽ omnes legunt: omnes ſcribunt. Nam legitur pro omnes legunt: non leguntur ntõ dixit.

Participalia autem & agentis & patientis habent ſignificatũ.

Nam cum dicat Virgilius Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis: patientem non facientem oſtendit. Significat enim dum incantatur. Et uritq; uidendo fœmina. nõ dum uidet: ſed dum ab aliis ipſa cõſpicitur. Item fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures: pro dũ dicatur paſſiua ſignificatione.

Aliter enim dictum ẽ. Quis talia fando: temperet a lachrymis actiua ſignificatione. Item miſerabile uiſu: quod ſignificat miſerabile dũ uidetur. Et finẽ dedit ore loquendi: quod ſignificat finẽ dedit ore dũ loquitnr. Et dictu mirabile monſtrum: quod eſt mirabile dum dicitur. Et huiuſmodi declinatio tã ex actiua q̃ paſſiua ſignificatione naſcitur.

Qualitates uerborum ſunt hæ abſoluta ſiue perfecta: ĩchoatiua: iteratiua: ſiue frequẽtatiua: meditatiua: tranſgreſſiua defectiua: ambigua: ſupina.

Abſoluta uerborũ qualitas eſt quæ ſemel uel abſolute aliqd facere nos indicar: ut caleo: curro: ferueo: horreo.

Inchoatiua uerborum ſpecies eſt quæ rem inchoatam futurã tamen ſignificat: & uim incipiendi dumtaxat ĩ effectu habet. Hæc. ſco. ſyllaba termĩanť & figuratur ab illis quæ. o. littera terminãtur: ur horreo: ĩ horrore ſum: horreſco: horrere incipio. uel ab illis quæ. r. littera claudũtur: ut miſereor: miſereſco. quale eſt miſereſcimus ultro. Itẽ labaſcit. ut Terentius labaſcit uictus uno uerbo. & ex eo quod eſt labor & ardeſcere ardere dicunt & teneraſcer̃. ut Lucretius ĩ ſecũdo: ſcilicet in tenero teneraſcere corpore mẽtem. Item amo ueteres ĩchoatiuo modo dixerũt amaſco. Vnde & amaſcos amator̃s dicebãt: ut Plautus ĩ truculẽto iucũdulos amaſcos

cætera. Hio hias ex quo iteratiuum figuratur hiato: hiatas. Inchoatiuum uero figuratur hiſco hiſcis cum dicimus.

Sed quanq̃ ita ſe habeant tamen plus eſſe uidetur ĩ eoquod ẽ hiſcer̃ q̃ hiare. Hiat eĩm qui ore patet uel tacitus tm̃ quod in rebus fictis animaduerti põt. hiſcere uero incipere loqui. Illud præterea nõnullis libuit animaduertere ꝙ actiuis actiua nõnulla figurata ĩchoatiua r̃periũtur etiã paſſiua: quale ẽ gelo gelas: cuius inchoatiuum facit gelaſco quod ẽ ĩcipio gelare.

Item cum ẽ lento lentas: Vnde Virgilius: Lentandus remus ĩ unda. Ex hoc inchoatiuum lenteſco facit ut idem Virgilius Et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Eiuſmodi figuratio parum admiſit ex ſe perfectum: nec conuenit admittere ut aut poſſit: aut debeat cum cæteris temporibus ꝑ totam declinationem uim incipiendi ſignificare. Abſurdũ ẽ ergo ea quæ ſunt inchoatiua perfecto tempore definire: & mox futurum declinando inchoatiua eſſe demõſtrare. Nec enim poteſt cum tota uerbi ſpecies inchoatiua dicatur alia parte finitiua uideri ut perfectum admittat. Nec enim paleſciui: horreſciui dicimus. per aliam tamen tranſfiguratiõẽ hæc uerba quidam declinare conſueuerunt. ut paleſco: palefactus ſum: liqueſco liquefactus ſum. quãuis quidam ad ꝑfectum inchoatiuum uenerint modo primitiui ut horreſco horrui ex eo quod ẽ horreo. Nec tamen omnia inchoatiua habent primam poſitionem. Albeſco enim nõ habet albeo licet figuranter Virgilius: Campiq; ĩgentes oſſibus albent. Item putreſco: grãdeſco: ſilueſco: uileſco: bruteſco: iuueneſco nõ habet iuueneo. Nam ſeneſco & ſeneo apud ãtiquos dicebarur. Vnde & Catullus nunc recondita ſenet.

Deducuntur item inchoatiua a neutris uerbis & appellationibus. ex uerbis: ut caleo caleſco: deliteo deliteſco: frõdeo frõdeſco: floreo floreſco. Et ſunt hæc quæ a perfecta forma ueniũt. Sũt itẽ quæ originẽ ſui nõ habẽt: ut cõſueſco: cõquieſco. Sunt quoq; alia inchoatiuis ſimilia quæ inchoatiua nõ eſſe temporum conſideratione pernoſcimus. ut compeſco

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cõpeſcui. Ex apellatõibus quoq; ſic ex ægro ẽ ægrĩſcit: exigne
igneſcit: ex flamma flammeſcit: ex dumis dumeſcit: ex her
ba: herbeſcit. Sed hæc quæ de appellatiuis deriuantur perfe/
cta non habent omnino. Errant pleriq; qui dignoſcere quæ
runt iteratiua ab inchoatiuis. Quædam. n. ſunt quæ utrãq;
ſpeciem admittunt: hiatare iteratiuũ: ĩchoatiuum hiſcere:
principale eorum eſt hio. Item lapſor iteratiuum: inchoati/
uũ labaſco: prĩcipale eoꝝ labor. Error igitur hoc modo cor
rigitur cuiuſcũq; fuerint ordinis uerba in figuram inchoati
uam collata erunt coniugationis dũtaxat tertiæ. Iteratiua
uero cũ admittunt ſpeciem erunt ordinis tantum modo
primi. Hactenus de inchoatiuis deinceps de iteratiuis.

Iteratiua ſiue frequẽtatiua eſt uerborum qualitas quæ aſſidu
am ĩ agẽdo uim habet: unde & appellatõem ſubit: quoniã
frequenter agendi iterat affectũ. uelut merſo merſas ideſt
ſæpius mergo.

Item exerceo & exerceor perfectũ exercui & exercitus ſum dici
mus. hoc iteratur hoc pacto exercito & exercitaui. i. aſſidue
exerceo. Item exercieor exercitatus ſum. i. aſſidue exerceor.
Itẽ habeo & habito dicimus ut apud Neuiũ in dementibus
animæ pauſillulũ ĩ me habitat. Itẽ adeo adis hoc iteramus
adito aditas dictitantes. Item ineo inis: & inito dicimus. ut
Pacuuius in antiopa loca horrida initas. Similiter halare &
halitare. Ennius illuſtris ſublime iter quadrupedãtes flamã
halitantes. hietare & hiatare ueteres dixerunt. Plautus ſi
qua forte contio eſt ubi cum hietare nondũ ĩ mentẽ uenit.
CN. Atticus. xx. Iliados. ille hiatans herbã moribundo ore.
Item Cælius. ſequeř me tu qui mihi oſcitãs hietãſq; reſtas.
Liberius etiam in tauro paſſiuo modo enuntiauit hietãtur
fores pro eo quod eſt hietant ideſt patent. Sunt quædam
iteratorum iteratiua & ſæpe in tres gradus deducuntur uer
ba quale ẽ uideo uiſo & quod eſt plus uiſito. Itẽ curro deĩde
curſo: & quod eſt plus curſito. et hæc uerba cuiuſcũq; ſint
cõiugationis cum iteratiua fuerint primæ erunt coniugatio
nis excepto uiſo: plena tamen iteratione in ordinem primũ

conferre: ut uiſito uiſitas. Item in duos tãtum ſæpe gradus
deducunt declinationem: ut uolo: uolito. Sunt etiam fre/
quentatiua de nomine ueniẽtia: ut patriſſat: græciſſat. Sũt
item diminutiua a forma perfecta: ut ſorbillo ſunt ſine ori
gine perfectæ formæ. ut pitiſſo: uacillo. Hæc autem iterãtur
quæ decorem & ſermonis figurã ſubire poſſũt.

Meditatiua eſt uerborum forma qua non actus: ſed appara/
tus oſtenditur: ut parturio: lecturio: amaturio: eſurio.

Tranſgreſſiua uerba ſunt quæ formam ſuam ideſt primæ re/
gulæ declinationem ſeruare non poſſunt. Tẽpore enim præ
terito perfecto ſpecie tam abſoluta q̃ exacta tranſeunt ĩ for
mam paſſiuorum & deponentium: quæ quidã ideo mixta
appellauerunt. ſic ab eo quod eſt audeo: auſus ſum: es: eſt.
Item in exacta ſpecie auſus eram: eras: erat. item gaudeo: &
ſimilia.

Defectiua uerborum ſpecies eſt cum in decliãtõe uerba defici
unt. nec habẽt aut omnia tẽpora: aut omnes numeros: aut
omnes perſonas: aut modos. Hæc in. I. uocalẽ exeũt: ut odi
cœpi: memini. quæ oĩa præſẽs tempus nõ habẽt nec futuꝝ.
Dicimus enim odi oderã.

Item cedo quod nõ habet niſi ſecũdam perſonã præſentis tẽ
poris: & ẽ ĩparatiui modi.

Ambigua uerba dicunrur quæ. o. littera terminata & actiua
poſſunt eſſe & neutralia pro ſignificatione dicẽtis: ut ludo.
ſi enim ſignificat ludo exerceo. ludo erit neutrale: ut apud
Virgilium. Ludere quæ uellẽ calamo permiſit agreſti. Si au
tem ſignificat deludo derideo erit actiuũ: ut ludo illũ: & lu
dor ab illis: ut apud Terentiũ: non ludis tu me?

Omnia uerba ĩdicatiuo modo litteris quinq; finiũtur. o. r. t.
m. i. O: ut ludo: r. ut ludor: t. ut pudet: m. ut ſum: & quæ ex
eo cõponũtur: ut poſſũ: adſũ. i. ut noui.

Cõiugatões uerboꝝ ſunt tres. Prima ẽ indicatiuo mõ tempoř
preſẽti: numeri ſingularis: figure ſimplicis: perſonæ primæ
uerbo actiuo & neutrali: aut. o. lr̃a nulla alia præcedẽte uoca
li terminatur: ut amo: aut. e. &. o. ut eo: neo: aut. i: &. o. ut

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

audio:aut.u.&.o.ut adiuuo. Eadem indicatiuo mõ:tẽpore præſenti:ſecũda perſona:numero ſingulari.a.producta & ſ.litteris terminãtur.

Paſſiui quoq; cõiugatio prima eſt quæ pronuntiatiuo modo tempore præſenti:numero ſingulari:ſecũda perſona.a.litteram habet primam nouiſſimæ ſyllabæ:ut laudaris. Secunda eſt quæ eodem mõ:& tempore:& numero:ſecunda perſona:uerbo actiuo & neutrali.e. producta ante nouiſſimã ſ.terminatur:ut doceo:doces. Huius autem coniugationis ſemper ſecũda perſona una deterior eſt ſyllaba:ut doceo doces:ſedeo ſedes. Hæc enim ut ſuperior futuro tempore pronũtiatio mõ numero ſingulari pſona prima.bo.ſyllaba finitur:ut laudabo:docebo.

Secunda quoq; cõiugatio paſſiui uerbi eodem mõ:tempore:numero.& perſona:litteram productam iuxta nouiſſimã ſyllabã habet:ut moneor moneris. In utraq; cõiugatione ꝓnuntiatio mõ futuro tempore prima perſona per.bor.ſyllabam finitur:ut monebor:laudabor.

Tertia eſt quæ eodem mõ:& tempore:& pſona:& numero.I. ante nouiſſimã.ſ.litterã terminatur.interdum correpta:interdum ꝓducta.correpta:ut dico dicis:producta:ut audio audis.hæc.i.ſuũ ꝓductũ ubiq; cuſtodit.correpta aũt an ꝓducta ſit facile pſpicimns ĩ ĩdicatiuo mõ tẽpore præſẽti in numero plurali:prima uel ſecunda perſona:ubi ſine ſũma deformitate aduerſus naturam uerba corripi uel ꝓduci nõ poſſunt:ut legimus legitis:audimus auditis:& utraq; tam ꝓducta ꝙ correpta futuro tẽpore:ꝓnũtiatiuo mõ.numero ſingulari:pſona prima p.am.ſyllabã finit̃:ut audiã:dicam. In his tamẽ dũtaxat quæ cũ producta ſint ſecũdæ cõiugationis formulã ĩ pria pſona ſeruãt:habẽtq; ante.o.e.penultima ĩ correptã lrãm:ut eo is:ibo:queo quis:quibo.

Tertia cõiugatio paſſiui uerbi ita duplex ẽ ut ꝓnũtiatiuo mõ tẽpore præſẽti:numero ſingulari:pſonæ ſecũdæ:aut.I.productã lrãm iuxta nouiſſimã ſyllabã habeat:ut nutrior nutriris:aut.e.correptã:ut rapior raperis:legor legeris.

Futura autẽ tempora pronuntiatiuo mõ prima perſona p.ar ſyllabam finitur:ut rapiar:nutriar:legar.

Verba neutralia ad cõiugationum ſpeciẽ uerbũ actiuũ ſequũtur. Deponẽtia & cõmunia paſſiuis cohærẽt. Quædã extra has.non nulla eĩm neutralia actiuum ſequũtur. Ex his ipſis uerba anormala uarie declinari neceſſe eſt:quæ deinceps oſtendentur.

Primæ cõiugationis uerba promiſſiuo modo adiecta ad ĩperatiuũ modũ.bo.ſyllaba terminatur:ut amabo:cãtabo. Primæ cõiugationis uerba infinitiuo modo ſiue ꝑpetuo ad imparatiuũ modũ adiecta.re.ſyllaba terminant̃:ut ama:amare:canta cantare. In indicatiuo mõ tẽpore impfecto ſpecie ĩchoatiua adiecta ad imparatiuũ modũ.bam.ſyllaba terminantur:ut ama:amabam. Item indicatiuo mõ tẽpore perfecto ſpecie abſoluta adiecta ad impatiuũ modum.ui. ſyllaba terminãtur. Sed conſuetudo ſæpe breuitatem appetens a.litteram ſubtrahit:&.i.ab:u.diſiungit:ut tono:tonui:intono ĩtonui. Item ĩdicatiuo modo tempore præterito pluſquampfecto ſpecie exacta adiectis ad imperatiuũ modũ.ueram. ſyllabis terminãtur:ut amaueram.

Secũdæ coniugationis uerba indicatiuo modo tẽpore præſenti:ptima perſona.e.littera ante.o.terminata:ut ſedeo:maneo:excepto uno uerbo & iis quæ ex eo cõpoſita ſunt:quæ ſecundũ tertiũ ordinẽ declinãtur eo:ueneo. Item imparatiuo modo tempore præſenti:ſecũda perſona:& littera producta terminantur:ut ſedeo ſede:moneo mone. Item promiſſiuo mõ adiecta ad impatiuũ modũ.bo.ſyllaba terminantur:ut ſedeo ſedebo.

Item infinitiuo adiecta ad impatiuũ.re.ſyllaba manente productione terminãtur:ut mane manere:ſede ſedere.

Item indicatiuo mõ tempore præteritoperfecto ſpecie abſoluta exacta interdum retinẽt formã generis ſui:ut uideo uidi moneo monui. Interdum regulæ formã nõ ſeruant:ſed potius conſuetudini uel euphoniæ ꝙ rationi ſuccũbũt. Reſoluuntur eĩm in formã paſſiuorũ & deponẽtium ſic. fit eĩm

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ab eo quod ē audeo auſus ſum es eſt. In exacta ſpecie auſus eram eras erat.

Item indicatiuo mō tēpore præterito impfecto ſpecie inchoatiua adiecta ad imperatiuū modū. bam. ſyllaba terminantur: ut ſede ſedebam.

Sunt quædam uerba in quibus tantū impatiuo mō declinamus in ſecūda dūtaxat perſona ſingulariter & pluraliter.

Item infinitiuo mō præſentis temporis ſūt hæc duo: Impetatiuo mō aue ſalue: et pluraliter auete ſaluete. Item infinitiuo mō præſentis temporis auere: ut uolo & uos & illos ſimiliter ſaluere: habet hoc uerbū & aduerbiū cū dicimus ſalue.

Tertiæ cōiugationis uerba correpto indicatiuo mō tēpore præſenti prima pſona. o. littera nulla alia præcedente uocali terminantur: quam nō nulli poſtremam uocalē corripe oportere cēſent ueluti dico: lego: & his ſimilia. ſed cur ita facere oporteat: aut quare non: & in cæteris ordinibus idem ſit obſeruandū: in animū inducere nequeo: aut. o. ut rapio: facio aut. uo. ut induo irruo.

Item indicatiuo mō tempore præſenti: p rima perſona: aut. o littera nulla alia præcedēte uocali: aut. io. eodem impatiuo mō tempore præſenti perſona. e. littera præcedente cōſonāti terminantur: ut lego lege: peto pete: rapio rape: facio face

Sed admonendū fuit: conſuetudinem ī his tribus uerbis nō ſeruari regulā: quæ ſunt duco: dico: facio. ſic eīm dicit̄ dic: duc: fac: quæ uero. uo. terminātur in impatiuo mō ſuā formam retinebūt: ut induo indue: irruo irrue.

Item promiſſiuo mō. am. ſyllaba terminātur præcedente aut cōſonāte primæ poſitionis: aut uocali: ut lego legā: peto petam: rapio rapiam: facio faciam: induo induam.

Item ifinitiuo mō adiecta ad impatiuū. re. ſyllaba terminantur: ut lege legere: pete petere: rape rape.

Item idicatiuo mō tēpore præterito ſpecie abſoluta & exacta formæ regulā nō ſeruant: ſed potius cōſuetudine declinant̄ Fit enim ab eo quod eſt lego legi legeram: rego rexi rexeram: pungo pupugi pupugeram: expungo expūxi expunxeram: induo indui indueram.

Item indicatiuo mō tempore præterito impfecto: ſpecie inchoatiua adiecta ad impatiuū. bam. ſyllaba terminant̄ præcedente cōſonante primæ poſitionis: aut uocali: ut lege legebam: rape rapiebam. indue induebā. Omnia aūt impatiua tertiæ coniugationis correpte ſecūda perſona temporis īſtātis per. e. litterā terminantur. corripiuntur hæc tria dūtaxat facio fac: dico dic: duco duc: & quæ ab his ſunt: Dico addico addic: prædico prædic: indico indic. Duco abduco abduc pduco perduc: ſeduco ſeduc.

Sed facio quod ſubnotauimus ſi præpoſitionem acceperit ad regulam uenit: ut inficio infice: efficio effice: conficio confice. Sed apud ueteres ſalua eſt regula: qui dixerunt face: dice duce. non minus apud Virgiliū antiquitatis amātem. Tu uoluſe armari uolſcorū edice maniplis. Ratione & competenter anologia & cōſuetudine eruditoꝝ. Quoniā impatiua in omni uerbo omniq; ordine ex ſecunda perſona finitiua deriuantur amiſſa. ſ. ſemiuocali littera: ueluti nūtio nūtias nuntia: moneo mones mone: munio munis muni. ūde & eundē accentum ſeruare debēt qui eſt in ſecūda perſona ut producantur. In ſecūdo uero ordine. I. correptum in. e. cotreptam uertitur: & fiunt impatiua lego legis lege: ita ergo & dico dicis dice: facio facis face debet declinari: ut duco ducis duce. & ita poſitum apud ueteres reperitur.

Præterea in omni ordine. re. ſyllaba adiecta imperatiuis fiunt iufinitiua: ut dictum eſt: quaſi ama amare: mone monere: muni munire. Item in tertio ordine correpte ſcribe ſcribere. Ita quoq; niſi dice: duce: face: declinetur ducere: dicere: facere infinitiuum eſſe non poterit.

Præterea id obſeruandum fuit quod fere in tertio ordine plerunq; ueteres in tertia perſona finitiua temporis pfecti: numeri pluralis. e. mediam uocalem corripiunt quaſi legerūt: emerunt. & ſimilia: ut apud Terentium ī prologo eunuchi poſtquam ædiles emerunt. Tertiæ coniugationis uerba producta indicatiuo modo tempore præſenti: prima perſona

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

aut.e.&.o.litteris terminātur:ut adeo adis:prodeo prodis.
aut.i.&.o.ut audio audis:nuttio nutris.

Item tertiæ cōiugationis uerba producte impatiuo mō tēpore
præſenti ſecūda perſona.I.producta terminantur: ut adeo
adi:nutrio nutri.

Item indicatiuo mō tempore præſenti prima perſona cum.e.
habuerit ante.o. eadem promiſſiuo mō ad impatiuū adie⁄
cta.bo.ſyllaba terminātur:ut adeo:adi:adibo.prodeo pro⁄
di:prodibo.Quæ uero.io.eadem promiſſiuo mō.am ſylla
ba terminātur:ut audio:audi audiam.nutrio nutri nutriā.

Item infinitiuo mō adiecta ad impatiuū.re.ſyllabā terminā⁄
tur: ut adeo adire:prodi prodire:nutri nutrire.

Item indicatiuo mō tempore præſenti perfecto ſpecie abſolu
ta adiecta ad impatiuū.ui.ſyllaba terminātur:ut adi adiui:
prodi prodiui:nutri nutriui.

Sed tamen conſuetudo breuitatem appetēs.u.litterā ſubtra⁄
hit &.I.ultimā geminat:ut adii:prodii:nutrii.Item quæ in
dicatiuo mō tēpore præſenti prima perſona.eo.litteris ter⁄
minātur.eadem indicatiuo mō tempore præterito ſpecie in
choatiua adiectā ad impatiuū.bam.ſyllabā terminātur: ut
adeo adibam:prodeo prodibā.Quæ uero eadē.e.prope ulti
ma ſyllaba producta dicunt̄:ut audio audiebam:nutrio nu
triebam.Sed ueteres hæc ſine.e.lirtera pronūtiabant nutri⁄
bam dicentes.ut apud Virgilium:nutribat tyruſq; pater ꝑ
nutriebat.

Item indicatiuo modo tempor̄ præteritopluſquāpfecto ſpe⁄
cie exacta adiectis ad impatiuū.ueram.ſyllabis terminātur
ut adi adiueram:nutri nutriueram.

Sed tamen in omnibus cōſuetudo euphoniā captās.u.litterā
ſubtrahit &.I.corripit:ut audierā:nutrieram.

Omniū uerborum quæ.o.littera terminantur coniugatio eti
am ab optatiuo mō & cōiunctiuo tēpore præſenti dūtaxat
colligit.Nam ſi prima ē cōiugatio optatiuum & ſubiuncti
uum in.em.ſyllabā terminatū ſimiliter debet habere: ſicut
ē utinā amem;uel cū amem.

Quod ſi ſecūda cōiugatio fuerit optatiuo ſimiliter & ſnbiun
ctiuo.am.termīat̄:ut teneā:uel cū teneā.Tertia uero eodē
mō & tēpor̄ ī.rem.terminari debet:ut ē utinā uel cū legerē
Nā ī omni uerbo actiuo & neutrali optatiuo & cōiunctiuo
mō tēpus præteritūpfectū ī.rī.exire debet. pluſquāpfectū
in.ſem.ſed ſimiliter ut in prima cōiugatione utinā amaue⁄
rim:& utinā amauiſſē:Itē ī ſecūda utinam monuerī:utinā
monuiſſē:uel cū monuerī monuiſſē. Pari mō & tertia uti
nā legerim utinā legiſſē: & cū legerī:& cū legiſſem . Ab his
uerbis.o.littera terminatis infinitū tēpore præſenti exire de
bet ī.re.Perfectū eius ī.ſe.Futuꝝ ī.ire.ut ē legere: legiſſe: le
ctum ire.

Verba quæ.or.ſyllaba terminant̄ indicatiui modi præteritū
īperfectū ī.bar.debēt mittere:pfectū in.ſum: pluſquamp⁄
fectū in.eram:ut legedar:lectus ſū:lectus eram.Ab optati⁄
uo uero & cōiunctiuo præteritūīperfectū ī.rer.debēt mitter̄
perfectū ī.ſim.pluſquāpfectū ī.ſem.ut legerer:lectus ſim:
lectus eſſem.Ab his īfinitis modis tēpore præſenti.i. debet
littera rerminari:Præteritū ī.eſſe.Futuꝝ in iri:ut legi lectū
eſſe:lectū iri.

Amo uerbum abſolutū finitū actiuū:figuræ ſimplicis:nume
ri ſingularis:modi indicatiui:tēporis præſētis:perſonæ pri⁄
mæ:cōiugationis primæ:quod declinabitur ſic.

Modo indicatiuo tēpore præſenti.

Amo amas amat:Etpluraliter amamus amatis amāt.Eodem
mō tēpore præterito īperfecto ſpecie inchoatiua : amabam
amabas amabat:etpluralr̄ amabamus amabatis amabāt.

Eodem mō præteritopfecto ſpecie abſoluta:amaui amauiſti
uel amaſti:amauit.Pluralr̄ amauimus amauiſtis uel ama⁄
ſtis:amauerūt uel amauere.

Eodem mō tēpore præteritopluſquāpfecto ſpecie r̄cordatiua
amauerā uel amaram:amaueras uel amaras:amauerat uel
amarat:Pluralr̄ amaueramus uel amaramus: amaueratis
uel amaratis:amauerāt uel amarāt.

Futuro tēpore eodem mō amabo:amabis: amabit.Pluraliter

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

amabimus.amabitis:amabunt.

Modo impatiuo tépore præſenti ad ſecũdam & tertiam pſonam ama:amet. Pluralr̃ amemus:amate:amẽt.

Quidam putant amemus impatiuũ eé pluralé:& primã perſonam:quod nos hortatiuũ appellamus.

Eodé mõ tempore futuro: amato tu:amato ille. Pluralr̃ amemus:amatote.amanto uel amãtote.

Modo optatiuo tépore præſenti:& præterito ĩpfecto ſpecie ĩchoatiua utinã amaré:amares: amaret. Pluraliter utinam amaremus:amaretis:amarét. Eodem mõ tépore præterito perfecto ſpecie abſoluta utinã amauerĩ: amaueris: amauerit. Pluraliter utinã amauerimus:amaueritis:amauerint.

Eodé mõ præterito pluſquãperfecto ſpecie recordatiua utinã amauiſſem:amauiſſes:amauiſſet. Pluraliter utinã amauiſſemus:amauiſſetis:amauiſſent.

Eodé mõ tempore futuro:utinã amem:ames: amet. Pluralr̃ utinã amemus:ametis:amẽt.

Modo cõiunctiuo tépore præſenti cũ amé:ames:amet. Pluraliter cũ amemus:ametis.amét.

Eodé mõ tépor̃ præterito ĩpfecto cũ amarem:amares: amaret Pluralr̃ cũ amaremus:amaretis:amarent. Præterito pfecto ſpecie abſoluta cum amauerim:amaueris:amauerit. Pluraliter cũ amauerimus:amaueritis:amauerint.

Eodé modo tempore præterito pluſquãperfecto ſpecie recordatiua:cũ amauiſſé: amauiſſes :amauiſſet. Pluraliter cum amauiſſemus:amauiſſetis:amauiſſent.

Eodé mõ tempore futuro cum amauero:amaueris: amauerit Pluralr̃ cũ amauerimus:amaueritis:amauerĩt.

Modo perfecto qui eſt infinitiuus numeris & perſonis tépor̃ præſenti amar̃: Præterito amaſſe uel amauiſſe: Futuro amatũ ire uel amatu℞ eſſe.

Modo ĩpſonali tépore præſẽti amatur: Impfecto amabatur: Perfecto amatũ eſt uel fuit: Pluſquãpfecto amatũ erat uel fuerat: Futuro amabitur.

Modo participiali amãdi:amãdo:amãdũ: amatum: amatu.

Hæc gerũdia ſũt apud quoſdã quæ ꝓbus ſupina appellat.

Participia trahũtur ab hoc uerbo actiuo duo præſentis téporis & futuri: Præſẽtis ut hic:& hæc:& hoc amãs: Futuri hic amaturus:hæc amatura:hoc amatu℞.

Notãdũ in hac tamẽ cõiugatõe ꝗ tertia eius pſona finitiua tẽporis perfecti:numeri pluralis perſæpe colligit unã ſyllabã breuitatis cã:& hoc fere ĩ alio non admittitur ordine quaſi amarunt appellarunt.

Amplius ſolet fere in hoc ordine tépore perfecto cõiunctiuo: tã ſingulari ꝗ̃ plurali demi ſyllaba cũ dicũt ueteres cũ amarim:amaris:amarit. Pluraliter cũ amarimus et cætera ꝓ eo ſane quod é cũ amauerim. In hac cõiugatione ſecundam pſonam per.as.obſeruabis:ut amo:amas. In futuro primã perſonã ĩ.bo.ut amabo. Impatiuo modo ultimã habet detractũ.s. ama:cui impones.re.infinitiuo:ut amare.

Amor uerbum finitiuũ abſolutũ:figur̃ ſimplicis:numeri ſingularis:modi indicatiui:tẽporis præſentis:perſonæ primæ: modo indicatiuo tempore præſenti· Amor: amaris: amat̃. Pluraliter amamur:amamini:amãtur.

Eodem modo præterito imperfecto ſpecie ĩchoatiua amabar amabaris.amabatur. Pluralr̃ amabamur:amabamini:amabantur.

Eodé mõ tempore præterito perfecto amatus ſũ:es:eſt. Pluraliter amati ſumus:eſtis:ſunt. Vlterior̃ mõ amatus fui: fuiſti:fuit. Pluralr̃ amati fuimus:fuiſtis:fuerũt uel fuere.

Eodé mõ præterito pluſquam perfecto amatus erã:eras:erat. Pluraliter amati eramus:eratis:erãt.

Vlteriore modo amatus fueram: fueras: fuerat. Pluraliter amati fueramus: amati fueratis: amati fuerant·

Eodé mõ tépore futuro.

Amabor:amaberis uel amaber̃:amabitur. Pluraliter amabimur.amabimini:amabuntur.

Modo imperatiuo tempore præſenti ad ſecũdam & tertiam perſonam amare ametur: Pluraliter amemur: amamini: amentur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Futuro amator tu : amator ille . Pluralr̃ amemur: amami-
nor: amantor.
Modo optatiuo tẽpore præſenti & præterito imperfecto uti-
nã amarer: amareris: uel amarer̃: amaretur. Pluralr̃ utinam
amaremur: amaremini: amarẽt'. Eodẽ mõ tempore præ teri
topfecto utinã amatus ſim: ſis: ſit. Pluralr̃ utinã amati ſi-
mus: ſitis: ſint. Vlterior̃ mõ utinã amatus fuerĩ: fueris: fue-
rit. Pluraliter utinã amati fuerimus: fueritis: fuerit.
Eodem mõ tempore præterito pluſquãperfecto: utinã ama-
tus eſſẽ: eſſes: eſſet. Pluralr̃ utinã amati eẽmus: eſſetis: eẽnt.
Vlteriore mõ: utinã amatus fuiſſẽ. Pluralr̃ utinã amati fuiſſe
mus et cætera.
Eodẽ mõ tẽpor̃ futuro: utinã amer: ameris uel amere: amet':
Pluraliter utinã amemur: amemini: amẽtur.
Modo cõiũctiuo tẽpor̃ præſẽti cum amer: ameris uel amere:
ametur. Pluralr̃ cũ amemur: amemini: amẽtur.
Eodẽ mõ tẽpore præterito ĩperfecto ſpecie ĩchoatiua cũ ama
rer et cætera.
Eodẽ mõ tpr̃e præteritopfecto ſpecie abſoluta cũ amatus ſim
Vlteriore mõ cũ amatus fuerim.
Eodẽ mõ tẽpore præterito pluſquãpfecto ſpecie recordatiua:
cũ amatus eſſẽ. Vlteriore mõ cũ amatus fuiſſem et cætera.
Eodẽ mõ tẽpore futuro cũ amarus ero.
Vlteriore mõ cũ amatus fuero.
Modo ppetuo qui ẽ infinitiuus numeris & perſonis tempore
præſẽti amari: Præterito amatũ eſſe uel fuiſſe: Futuro ama
tũ iri: uel amandũ eſſe.
Modo ĩpſonali amat'. Præterito ĩperfecto amabat': Præterito
pfecto amatũ ẽ uel fuit. Præterito pluſquãpfecto amatum
erat uel fuerat. Fututo amabit'.
Modo participiali amãdi amãdo amãdũ: amatũ amatu. Sed
apud quoſdã hæc gerũdia ſũt quæ Probus ſupĩa appellat.
Participia trahũtur ab hoc uerbo paſſiuo duo præteriti tẽpo-
ris & futuri: Præteriti hic amatus: Futuri hic amãdus.
Actiui uerbi r̃gulã neutrale uerbũ ſeqt': paſſiui cõe & deponẽs

7

Doceo uerbum abſolutũ indicatiuo mõ dictũ ſignificationis
actiuæ: cõiugatiõis ſecũdæ: numeri ſingularis: figuræ ſim-
plicis: tẽporis inſtãtis: perſonæ primæ: qd' declinabitur ſic.
Doceo: docebam: docui: docuerã: docebo.
Impatiuo mõ tẽpore præſenti ad ſecũdam & tertiã pſonã do
ce doceat: Pluraliter doceamus docete doceãt: Futuro doce-
to tu: doceto ille: Pluralr̃ doceamus docetote docento.
Optatiuo mõ tẽpore præſenti & præterito ĩperfecto perſona
prima utinã docerẽ: docuerim: docuiſſẽ: doceam.
Cõiunctiuo mõ tẽpore præſenti cũ doceã: docerem: docuerĩ:
docuiſſem: docuero.
Iufinitiuo mõ numeris & perſonis tẽpote præſenti docere do
cuiſſe: doctũ ire.
Participia trahũtur ab hoc uerbo actiuo duo præſẽtis tempo-
ris & futuri: præſentis docẽs: Futuri docturus.
In hac cõiugatione obſeruabimus participia: cũ cæterarꝫ con-
iugationũ fere pares uerbis habẽt ſyllabas: hæc minus una
ſyllaba declinãt': uelut moneo monẽs: ſedeo ſedẽs & ſimilia
In hac cõiugatõne nõ eſt reperire ullũ uerbũ in poſtrema par
te geminari: ſed a prima tantũ: quale ẽ mordeo momordi.
quare errãt qui dicũt prãdeo prãdidi.
Doceor uerbũ abſolutũ indicatiuo mõ dictũ ſignificationis
paſſiuæ cõiugatõis ſecũdæ: numeri ſingularis: figur̃ ſimpli
cis: teporis inſtãtis pſonæ primæ: quod declinabitur ſic.
Doceor: docebar: doctus ſũ: doctus fui: doctus erã: doctus fu
eram. docebor.
Impatiuo mõ ad ſecũdã & tertiã perſonã docere doceat': Plu-
ralr̃ doceamur docemini doceant'. Fururo docetor tu: doce-
tor ille. Pluralr̃ doceamur doceminor docẽtor.
Optatiuo mõ tẽpor̃ præſẽti præterito ĩperfecto utinam doce
rer et cætera.
Eodẽ mõ tẽpore prærerito pfecto & pluſpuãpfecto utinã do-
ctus eẽm: & ultetiore doctus fuiſſẽ. Eodẽ mõ tẽpore futuro
utina docear.
Cõiũctiuo mõ tẽpor̃ præſenti cũ docear: docerer: doctus ſim:
y bonitiuo y malitiuo y fortitiuo y todos los aduerbios

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uel fuerim: doctus eſſem uel fuiſſe: Futuro cum doctus ero
Et ulteriore cū doctus fuero.

Infinitiuo mō numeris & pſonis tēpore pſenti doceri: Præ-
teritū doctū eſſe: Futuro doctū iri.

Getūdia uel pticipialia docēdi: docēdo: docēdū: doctū doctu.

Participia trahunt̃ ab hoc uerbo paſſiuo duo præteriti tempo
ris & futuri: Præteriti doctus: Futuri docēdus.

Audior uerbū abſolutū indicatiuo mō dictū ſignificationis
paſſiuæ: cōiugationis tertiæ: numeri ſingularis tēporis iſtā
tis: quod declinabitur ſic.

Audio & paſſiue audior . audiebā: paſſiue audiebar. audii &
audiui. paſſiue auditus ſū: auditus fui: audierā & audiuerā
paſſiue auditus erā: auditus fuerā. audiā & audiar.

Impatiuo mō tēpore præſenti ad ſecūdā & tertiā perſonā au-
di audiat: Pluralr̃ audiamus: audite audiāt. Et paſſiuo audi
re: audiatur: Pluralr̃ audiamur: audimini: audiant̃. Futuro
audito tu: audito ille: Pluraliter audiamus: auditote: audiū
to uel audiūtote. Futuro auditor tu: auditor ille: Pluralr̃ au
diamur audiminor: audiuntor.

Optatiuo mō tēpore præſenti & præteritoipfecto utinā audi
rem: & in paſſiuo audirer: Perfacto & pluſquāperfecto au-
diſſē uel audiuiſſem: & paſſiuo auditus eſſē uel fuiſſem. Fu
turo utinā audiam: & paſſiuo audiar.

Coniūctiuo mō tēpore præſenti cū audiam: & paſſiuo cum
audiar : imperfecto cum audirem : & paſſiuo cum audirer
Perfecto cum audieri : & ueteres audiuerim. Paſſiuo cū au
ditus ſim & fueri: Pluſquāpfecto cū audiſſē & audiuiſſem
Paſſiuo cum auditus eēm uel fuiſſē: Futuro cum audiero
& audiuero: Paſſiuo cū auditus ero uel fuero.

Infinitiuo mō numeris & perſonis audir̃: Paſſiuo audiri: præ
terito audiſſe uel audiuiſſe: Paſſiuo auditum eſſe uel fuiſſe
futuro auditū ire: Paſſiuo auditū iri.

Impſonali mō audit̃ audiebat̃: auditū ē: auditū fuit : auditū
erat: auditū fuerat: audietur.

Gerūdia uel pticipialia audiēdi audiēdo audiēdū: auditū ditu

Participia trahuntur a uerbo actiuo duo: præſentis temporis
& futuri: Præſentis temporis audiens: Futuri ut auditurus.

Et a paſſiuo duo præteriti: ut auditus: Futuri ut audiēdus.

Lego legor uerba abſoluta indicatiuo mō dicta ſignificatōnis
actiuæ & paſſiuæ: cōiugationis tertiæ correptæ: numeri ſin
gularis: figuræ ſimplicis. temporis inſtātis: perſonæ primæ
quæ declinabuntur ſic.

Lego legor. Imperfecto legebā legebar. Perfecto legi lectus ſū
uel fui. Pluſquāperfecto legeram lectus eram uel fuerā. Fu
turo legam legar. Impatiuo mō tempore præſenti ad ſecun
dam & tertiam perſonam lege legat. Pluralr̃ legamus legite
legant. & paſſiuo legere legatur. Pluraliter legamur legimi-
ni legantur. Futuro legito tu: legito ille. Pluraliter legamus
legitote legāt uel legunto. Et paſſiuo legitor: legitor: Plura
liter legamur legiminor leguntor.

Optatiuo mō tempore præſenti utinam legerem legerer. Per-
fecto & pluſquāperfecto legiſſem: & lectus eſſē uel fuiſſem
Futuro utinā legam legar.

Coniūctiuo mō tempore præſenti cnm legam legar. Imperfe
cto cum legerem legerer. Perfecto cū legerim: lectus ſim &
fuerim. Pluſquāperfecto cū legiſſē: lectus eēm uel fuiſſem:
Futuro cū legero lectus ero uel fuero.

Iufinitiuo mō tempore præſenti legere legi . Præterito legiſſe
lectum eſſe uel fuiſſe. Futuro lectū ire & lectuȝ iri.

Imperſonali mō legitur legebatur: lectū eſt & fuit: lectū erat
& fuerat: legetur.

Gerūdia uel participalia legēdi: legēdo: legēdū: lectū lectu.

Participia trahūtur ab his uerbis quattuor: actiua duo præſē-
tis tēporis & futuri legēs & lecturus . Paſſiua duo lectus &
legendus.

In tertia cōiugatiōe correpta non nulli cēſēt uerba prima poſi
tione poſtremā uocalem litteram corripere oportere ueluti
dico: lego: & his ſimilia. cur id facere oporteat: aut quare nō
& in certis ordinibus ſit obſeruandum non eſt inuenta ratio.

Secundæ coniugationis temporis inſtātis gaudeo. pluraliter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

gaudemus. gaudebā: pluralr̄ gaudebamus. gauiſus ſū es eſt
& fui fuiſti fuit: pluraliter gauiſi ſumus fuimus: eſtis fui/
ſtis: ſunt fuerūt. eram fueram: eras fueras: erat fuerat. plu/
raliter gauiſi eramus fueramus: eratis fueratis: erāt fuerāt.
Euturo gaudebo.

Modus impatiuus lemporis inſtātis gaude gaudeat. pluralr̄
gaudeamus gaudete gaudeant. Futuro gaudeto tu: gaude/
to ille. Pluralr̄ gaudeamus gaudetote gaudeāt gaudēto.

Optatiuo mō inſtantis utinā gaudeam gaudeamus: gauderē
gauderemus: gauiſus ſim ſis ſit: gauiſus fuerim fueris fue/
rit: ſimus ſitis ſint: fuerimus fueritis fuerīt. Pluſquāꝑfecto
gauiſus eſſem eſſes eſſet: fuiſſem fuiſſes fuiſſet: eſſemus eſ/
ſetis eſſent: fuiſſemus fuiſſetis fuiſſent. Futuro utinā gau/
deam gaudeamus. Subiunctiua ſimiliter declinātur præte/
rito. Nam ſubiunctiuorum futuro cū gauiſus ero uel fuero
eris uel fueris: erit uel fuerit.

Infinitiua inſtātis gaudere: præteritū gauiſum eſſe uel fuiſſe:
Futuro gauiſum ire: gauiſurū eē: & gauiſū iri.

Participia ſecundum formam quidem actiuā præſentis & fu
turi. ſecūdum autem formā paſſiuam præteriti tātum īſtā
tis hic & hæc & hoc gaudens. Futuri gauiſurus gauiſura ga
uiſurū: præteriti gauiſus gauiſa gauiſū & ſimilia.

Ordinis ſecūdi ſoleo ſolitus ſū: audeo auſus ſū: ſed ſoleo fu/
tuꝝ oīo nō habet: quia habet uim præteriti.

Tertiæ cōiugationis inſtantis: fido fidis fidit: Pluralirer fidi/
mus fiditis fidunt. Fidebam fidebas fidebat. ita Perfecto fi/
ſus ſū es eſt: fui fuiſti fuit: Pluralr̄ fiſi ſumus eſtis ſunt: fui
mus fuiſtis fuerūt. erā eras erat: fuerā fueras fuerat: Pluralr̄
eramus eratis erāt: fuerāus fueratis fuerant. Futuro fidām
fides fidet: Pluralr̄ fidemus fidetis fidēt.

Impatiuo īſtantis fide fidat: Pluralr̄ fidamus fidite fidāt. Fu
turo fidito fidat: Pluralr̄ fidamus fiditote fidāt fidūto.

Optatiuo modo inſtantis utinam fidam fidas fidat: Plurali
ter utinā fidamus fidatis fidāt. īpfecto fiderē fideres: fideret
Perfecto fiſus ſim: uel fuerī. Pluſquāꝑfecto fiſus eſſem uel

fuiſſem. Futuro utinā fidā.

Subiūctiuorū futurum cū fiſus ero: uel fuero.

Infinitiuo inſtātis fidere. Præteriti fiſum eſſe uel fuiſſe. Futu
ro fiſū ire: fiſuꝝ eſſe: & fiſū iri.

Participia actiua inſtātis & futuri. Paſſiua prætetiti tm̄. Inſtā
tis: ut hic: & hæc. & hoc fidens. Futuri fiſurus: fiſura: fiſuꝝ.
Præteriti fiſus: fiſa: fiſum: & quæ ab his infido: diffido.

Productæ cōiugationis tēporis inſtātis fio: fis: fit. Pluraliter
fimus: fitis: fiunt. Impfecto fiebam: fiebas fiebat. Perfecto
factus ſum & fui: factus erā & fueram. Futuro fiam.

Impatiuo mō fi fiat. Pluralr̄ fiamus fite fiant. Futuro fito tu
eſto: Pluraliter fiamus eſtote fiāt & ſunto.

Optatiuo inſtātis utinā fiam fierem: factus ſim uel fuerī: fa/
ctus eſſem uel fuiſſem: futuro utinā fiā.

Subiūctiui futurū cū factus ero: & fuero.

Infinitiuo inſtātis fieri. Præterito factū eſſe & fuiſſe: Futuri
factum iri & ire.

Participia actiua inſtantis & futuri: paſſiua præteriti tantum
Inſtantis: ut hic: & hæc. & hoc fiens: Futuri facturus: factu/
ra: facturum. Præteriti factus: facta: factum. Supina fiēdi:
fiendo: fiendum: & quæ ab his patefio: calefio: madefio: ex
pergefio: māſuefio. liquefio: aſſuefio: arefio: & quæ fio ter/
minantur.

Infinitiuum huius uerbi quod eſt fio per. I. facit fieri: cū om/
nia uerba actiua uoce illata in. e. faciāt: uelut amare: docere
munire.

Verba temporibus confuſa inſtantis temporis memini: me/
miniſti: meminit. Imperfecto memineram. Futuro memi/
nero.

Impatiuo īſtātis nō habet. Futuro memēto: pluralr̄ memītote

Optatiuo inſtātis & īpfcō utinā meminerē. perfecto memine
rim. pluſquāꝑfecto meminiſſē. Futuro meminerim.

Subiūctiui futuꝝ meminero: Infinitiui præteriti tēporis tan
tum meminiſſe.

Participia nō habet. & cætera ſimiliter.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Noui:odi:pepigi:hæc tria ne ĩpatiuũ quidem habent oĩo:cũ
etiã ĩ eo quod eſt memini futurũ tãtum ſit:& hoc in ſecun
da perſona dũtaxat. In iis uerbis in quibus notauimus ĩpa
tiua deficere quæ ſunt noui:memini:pepigi:odi:cœpi. Grã
matica inducit impatiua hoc mõ: Dicũt enim omnia impa
tiua tribus modis intẽdi poſſe:ut dic:dicas:dixeris:& ita di
ſtingunt dic ex eo quod eſt regulæ ſolitæ quam ĩ declinatõe
obſeruauimus. Dicas aũt & dixeris per defectionẽ:ut ſic fac
dicas:fac dixeris:quoꝝ alterum eſt optatiuoꝝ inſtans & fu
turum idem. item ſubiũctiuorum inſtãs:quod eſt dicas: al
terum ſubiũctiuorum futurũ ſiue præteritũ pfectũ quod ẽ
dixeris. Ergo ĩpatiua utiliter uerbis quæ præpoſuimus aſſi
gnant quæ nõ habere notauimus:ut memineris quod figu
ratur ita fac memineris:quod ipſum etiã in omnibus obſer
uari uerbis põt:quãuis ĩparatiua habuerĩt ſua uelut ames:
ut ſic fac ames:& amaueris:ut ſic fac amaueris. ſimiliter fac
doceas:fac docueris:fac uincas:fac uiceris. Itẽ munias mu
nieris. Præponũtur autem imparatiuis alia multa uelut ro
go:peto.uolo:moneo:quæſo:hortor:id eſt facias:dicas.

Declinatões eoꝝ uerboꝝ ĩſeruimus quæ uidenť etiã ipſa defe
ctiua eſſe & ambigue declinari inſtãtis uolo:uis:uult: uolu
mus:uultis:uolunt. Impfcõ uolebam:pfecto uolui: pluſq̃
perfecto uolueram:futuro uolã.

Imperatiuo inſtantis fac uelis:Pluraliť uelimus:uelitis: ue
lint. Futuro uelito:uelit:Pluralĩ uelimus:uelitote:uelint.

Optatiuo inſtãtis utinã uelis:Imperfecto utinã uellem:Perfe
cto uelim:Pluſquãpfecto uoluiſſem:Futuro uelim.

Subiunctiui futuꝝ cũ uoluero.

Infinitiuo ĩſtãtis & præteriti tm̃ ĩſtãs uelle:præteriti uoluiſſe.

Participia inſtãtis tantum hic:& hæc:& hoc uolens. ſimiliter
ut uolo:nolo:quãquam etiam circa hæc uerba imparatiua
ſimiliter obſeruare debemus ſecundum annotationẽ præce
dentem.

Sũt qui ita dicũt malis:nolis:malim:malis:malit. Optatiuo
utinã nolim:nolis:nolit.

Verbũ actiuum finitũ tertiæ cõiugationis tollo:Perfecto ſub
ſtuli. Pluſquãperfecto ſubſtulerã. Futuro tollã.

Impariuo tolle:tollat. Pluraliter tollamus:tollite:tollãt. Fu
turo tollito:tollito.

Optatiuo utinã tollerẽ:tolleres:tolleret. Præteritopfecto ſub
ſtulerim. Pluſquãpfecto ſubſtuliſſem:Futuro tollã.

Subiũctiuo cũ tollã. Futuro ſubſtulero.

Infinitiuo tollere. Præterito ſubſtuliſſe. Futuro ſublatum ire
uel ſublatuꝝ eſſe.

Participia inſtãtis tollẽs. Futuri ſublaturus. Supina tollendi:
tollẽdo:tollendũ.

Paſſiua declinatio ita tollor. Impfecto tollebar. Perfecto ſub
latus ſum uel fui. Pluſquãperfecto ſublatus etã uel fuerã.
futuro tollar.

Impatiuo tollere:tollať. Pluralĩ tollamur:tollimini: tollanť.

Optatiuo utinã tollerer. Præterito pfecto utinã ſublatus ſim
uel fuerim. Pluſquãperfecto ſublatus eẽm uel fuiſſem. Fu
turo utinã tollar.

Subiũctiuo cũ tollar. Futuro cũ ſublatus ero uel fuero. Cæte
ra ut in optatiuo.

Infinitiuo tolli. Perfecto ſublatũ eſſe. Futuro ſublatũ iri.

Participia præteriti ſublatus. Futuri tollẽdus. Supina ſubla
tum:ſublatu.

Verbi corrupti alia declinatio tẽporis inſtãtis ſum:es:eſt. Im
pfecto erã. Perfecto fui. pluſquãpfecto fuerã. Euturo ero.

Imperatiuo inſtantis es:ſit. Pluraliter ſimus:eſte:ſint. Futu
ri eſto:eſto. Pluralĩ ſimus:eſtote:& ſunto.

Optatiuo inſtãtis temporis ſim:ſis:ſit. Impfecto eſſẽ. perfe
cto fuerim. pluſquãperfecto fuiſſem. futuro ſim.

Subiũctiuo futnro cũ fuero. In cæteris ut ĩ optatiuo.

Infinitiuo inſtantis eſſe. pfecto fuiſſe. futuro fore: futurum
eſſe:& futurũ ire.

Participia futuri tãtũ futurus:& quæ ab eo cõpoſita ſunt: ut
poſſũ:adſũ:præſum:deſũ:abſũ:interſũ:pſum. ſuperſum
Sed ex his duo habẽt participia inſtãtis etiã. Nã præſũ preſẽs

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

abſum abſens dicimus.

Inter hæc quæ cũ uerbo reponuntur hoc ſolum poſſũ nõ põt uideri. facit enim perfectũ potui: cuius declinationẽ inſeruimus inſtantis.

Poſſum: potes: poteſt. poſſumus: poteſtis: poſſũt. Impfecto poteram. Perfecto potui. Pluſquãperfecto potuerã. Futuro potero.

Impatiuo inſtantis poſſis: poſſit. Pluraliter poſſimus: poteſte: poſſint. Futuro poteſto poſſit. Pluralr̃ poteſtote: poſſint & poſſunto.

Optatiuo inſtãtis poſſẽ: poſſes: potuerim: potuiſſẽ. poſſim.

Subiũctiuo futuro cũ potuero.

Infinitiui inſtãtis et præteriti tantũ. Futuꝝ nõ habet. inſtantis poſſe. Præteriti potuiſſe.

Participia inſtãtis tantũ futuri nõ habet. inſtantis hic et hæc & hoc potens. Sed quidã dicũt participia ne inſtã tis quidẽ temporis habere. Nã potens nomen eſt.

Eo: is: it. Pluraliter imus: itis: eunt. Imperfecto ibã. Petfecto Ii: iiſti: iit. iimus: iſtis: ierunt uel iere. Pluſquãperfecto ierã. Futuro ibo.

Imperatiuo inſtãtis I: eat. Pluraliter eamus. ite. eant. futuro ito: eat. Pluraliter eamus: itote: eant: & eunto.

Optatiuo iuſtantis utinam eam: irem: ierim: iuiſſem: eam.

Subiũctino cum iero.

Infinitiuo inſtantis ire: & ituꝝ eſſe.

Participia ĩſtãtis hic: & hæc: & hoc iens. futuri iturus: & quæ ab eo cõpoſita ſunt prodeo: exeo: circũeo: præeo: abeo: exeo ineo: ueneo: ſubeo: adeo: nequeo: pereo: tranſeo: prætereo: anteeo: prodeuntẽ: ſubeuntem dicimus: nõ ꝓdentẽ: nõ abientẽ: ſubientẽ alloqui peccamus.

Verbũ ĩperſonale itur: a me: a te: ab Illo: a nobis: a uobis: ab illis. Impfecto ibatur. Perfecto itũ ẽ. Pluſquãperfecto itum erat. Futuro ibitur.

Impatiuo ĩſtãtis eatur.

Optatiuo inſtãtis utinã eatr̃. Impfecto iretr̃. Pluſquampfecto itũ eẽt et fuiſſet. futuro eatur.

Infiuitiuo tẽporis ĩſtãtis iri. Perfecto itũ eẽ: futuro itum iri:

Participia non habet.

Verbum corruptum actiuũ inſtãtis temporis fero: fers: fert. Pluraliter ferimus: fertis: ferũt. Imperfecto ferebã: ferebas: ferebat. Perfecto tuli. Pluſquãperfecto tullerã. futuro ferã.

Impatiuo inſtãtis fer: ferat: feramus: ferte: ferãt. futuro ferto tu: ferto ille. feramus: fertote: ferant: & ferunto.

Optatiuo inſtãtis & præterito ĩperfecto ferrẽ. Perfecto tullerim. Pluſquãpſecto tuliſſẽ. futuro feram.

Subiũctiuo futuꝝ cũ tullero.

Infinitiuo ĩſtãtis ferre. Præterito tuliſſe. futuro latũ ire et laturum eſſe.

Imperſonali inſtãtis fertur. Imperfecto ferebatr̃. Perfecto latũ eſt & fuit. Pluſquãperfecto latũ erat & fuerat. futuro feretr̃.

Gerundia ferendi: ferendo: ferendum: latũ: latu.

Participia inſtãtis tẽporis hic: & hæc: & hoc ferens: futuri laturus: & quæ ab eo compoſita ſunt: ut defero: affero. profero præfero: effero: differo: confero: effero: antefero: aufero. ĩfero: ſuffero.

Paſſiui feror: ferris: fertur. ferimur: ferimini: feruntr̃. Imperfecto ferebar: Perfecto latus ſũ & fui. Pluſquãperfecto latus eram & fuerã. futuro ferar: fereris.

Imperatiuo mõ ferre feratr̃. futuro fertor.

Optatiuo utinã ferrer. Petfecto latus ſim & fuerĩ: Pluſquam pfecto latus eẽm & fuiſſẽ. Futuro utinã ferar.

Subiũctiuo cũ ferar. futuro cũ latus ero & fuero.

Infinitiuo ferri. Perfecto latũ eſſe. Futuro latũ iri.

Participia præteriti latus. futuri ferendus.

Supina latum: latu.

Edo: es: eſt. Pluraliter edimus: eſtis. edũt. edebam: edi: ediſti: edit: ederam: edat.

Imperatiuo ede: edat. Pluraliter edamus: edite: edant. Futuro eſto tu. eſto ille uel edat. Pluraliter edamus: eſtote: edãt uel edũto. ueteres ede. edat: edamus: edite: edãt. Futuro edito:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

edat:edamus:editote:edant uel edũto.
Optatiuo inſtantis & imperfecto eſſem:eſſemus:ut Terenti
us de ſymbolis eſſemus. Perfecto ederim. Pluſquamperfe-
tucto ediſſem. Futuro edam.
Subiunctiuo inſtantis cum edam. Futuro cum edero.
Infinitiuo inſtantis eſſe pfcõ ediſſe:ueteres edere dicebãt. Fu-
ro eſum ire & eſuꝝ eſſe.
Imperſonalia inſtantis eſtur dicebatur:edebatur: eſum ẽ uel
fuit:eſũ erat uel fuerat:edetᷣ.
Supina edendi:edendo: edẽdũ:eſum:eſu.
Vulgaria ſunt participia edens:eſurus. & quæ ab edo deriuã-
tur comedo:ambedo ueteres declinauerunt edo:edis:edit.
Cato de oratore ad filium: Lepus multum ſomni fert qui il
lum edit. Et Virgilius:nec te tantus edat tacitã dolor.
Paſſiui edor. Imperfecto edebar. Perfecto eſus ſũ & fui. Pluſ
quamperfecto eſus eram & fuerã. Futuro edar.
Imperatiuo edere:edatur. Futuro editor.
Optatiuo ederer:eſus ſim & fuerim. eſus eẽm & fuiſſẽ:edar.
Subiunctiuo cum edar. Futuro cũ eſus ero & fuero.
Infinitiuo edi. eſum eẽ & fuiſſe. eſum iri.
Participia eſus. unde comeſus & comedẽdus:nõ comeſtus &
comeſturus:ut uulgus exiſtimat. Futuꝝ edendus: Supinũ
eſum.
Pœnitet uerbũ ĩpſonale indicatiuo mõ dictũ cõiugatõis ſecũ
dæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:tẽporis inſtãtis qđ
declinabitur ſic.
Pœnitet me:te:illum:nos:uos:illos. Impfectum pœnitebat:
Perfectũ pœnituit. Pluſquãpfectum pœnituerat. Futurũ
pœnitebit.
Imperatiuo tẽpoꝛ tm̃ præſenti pœniteat.
Optatiuo utinã pœniteret tẽpore præſenti & ĩperfecto. Perfe
cto pœnituerit. Pluſquampfecto pœnituiſſet. Futurum pœ-
niteat.
Subiũctiuo mõ cũ pœniteat. Futuꝝ cũ pœnituerit.
Infinitiuo numeris & pſonis tpẽ præſẽti pœnitere. Præterito

pœnituiſſe.
Ab hoc imperſonali uerbo uſurpatũ eſt participium tempo-
ris inſtãtis pœnitẽs. Quidam aũt dicũt imperſonalia neq;
actiua:neq; paſſiua habere participiũ. Nam pudens non ẽ
participiũ:ſed appellatio. unde impudẽs. aliud impſonale.
Venitur uerbum ĩperſonale indicatiuo mõ dictũ cõiugatõis
tertiæ productæ:numeri ſingularis:figuꝛ ſimplicis: tempo
ris inſtãtis:quod declinabitur ſic.
Veniť a me:a te:ab illo. a nobis:a uobis:ab illis. Imperfecto
ueniebatur. Perfecto uentũ eſt:& ulteriore uentũ fuit. Pluſ
quãpfecto uẽtũ erat:& ulterioꝛ uẽtũ fuerat. futuro ueniet̉.
Imperatiuo tẽporis tantũ præſentis ueniatur.
Optatiuo præſentis & imperfecto utinã ueniret̉. Perfecto uẽ
tũ ſit. Pluſquãpfecto uentũ eſſet & fuiſſet. Futuro ueniat̉.
Coniũctiuo modo cũ ueniatur. Futuro cũ uẽtũ erit & fuerit.
Infinitiuo tempore præſenti ueniri. Perfecto uentum eſſe &
fuiſſe. Futuro uentũ iri.
Contingit uerbum impſonale indicatiui modi : coniugatõis
tertiæ correptæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:tẽporis
inſtãtis. quod declinabitut ſic.
Contingit mihi: tibi:ſibi:nobis:uobis. illis. contingebat: con
tigit:contigerat:continget.
Imperatiuo tẽpore præſenti contingat.
Optatiuo tempore præſenti & impfecto utinã cõtigeret. per-
fecto cõtigerit. Pluſquãpfecto cõtigiſſet. futuro cõtigat.
Cõiũctiuo mõ tẽpore præſenti cũ cõtigat. futuro cõtigerir.
Infinitiuo tẽpore præſenti cõtingere. Perfecto cõtigiſſe.
Coniugationũ omniũ uerba. o. littera terminata tẽpore perfe
cto in. I. litterã ultimã mittũt. amo amaui:doceo docui:le-
go legi. Variant̉ autem ſpecies ĩ prima cõiugatione quater.
In ſecunda quinquies. In tertia correpta nouies. In tertia ꝓ-
ducta quæ etiã a quibuſdã quarta dicit̉ quinquies.
Cõiugatõnis primæ tẽporis perfecti formæ ſũt quattuot quæ
mutationẽ capiunt ĩ hũc modũ.
Prima eſt cũ maior pars ita cadet in qua. a. ſemp ineſt:& ĩ. a.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

abundat ſyllaba: ſicut ſuſpiro ſuſpiraui:& porto portaui:
& aro araui: ſimulo ſimulaui: ꝓpalo ꝓpalaui: profano pro
fanaui: ameno amenaui: uolo uolaui: ſedo ſedaui: cauo ca-
uaui: inſimulo inſimulaui: ſtercoro ſtercoraui: ſincæro ſin-
cæraui: manduco manducaui: ꝓprie autem quod græci di-
cũt ταυτὸ χάος κόσμος hoc ẽ idẽridem quod mãdo. Itaq;
Probus negat recte dici piſcem uel aliud tenerum mandu-
co: ſed potius edo quod ſcilicet manducãt quod denti relu-
ctatur. Nam cum dicam edo quid faciam oſtendo: cum ue
ro manduco non tantum quid faciam oſtendo: ſed & qua-
liter faciam. Veteres tamen & in edendi ſignificatione mã-
duco dixere. Vindico uindicaui. hoc uerbum non ꝓ defen-
do ueteres dixerunt: ſed ꝓ animaduerto & punio: ut Salu-
ſtius: uindicatum fuit ĩ noxios. Decollo decollaui. hoc uer
bum apud ueteres decipio ſignificat: ut apud Plautũ una ẽ
quæ decollauit. Item Lucillius. xii. quibus fructibus me de
collaui. quæ ſignificatio apud feneſtellã aliter inuenitur in
libro epitomatum. ſecundo quemadmodũ Cæſar a piratis
captus ſit: ut quæ eos poſtea cepit & decollauerit. ueteres
autẽ ſecuri cæſos dicebãt. Præfoco præfocaui. Probus qua-
ſi nouam necem miratur. angit eĩm ueteres dicebãt: ut Vir
gilius. Et faucibus angit inhærens. Lncilius tamẽ ait: & ſuf
focare conatur. Inehoaui ab inchoo ſic dicendum putat Iu
lius modeſtus: quia ſit compoſitũ a chao inicio rerũ quod
Verrius & Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirãdum probaue
runt. cohaum eĩm apud ueteres mundũ ſignificat: ĩde ſub-
tractum inchoare. Tranquillus quoq; his aſſentiẽs libello
ſuo pleniſſime ædem inchoatam ita diſſeruit. Similo non
dicimus: ſed ſimilis ẽ. Sane dixerũt ueteres ſimulat per. u.
hoc etiam Cicero de re. p. quaſi alius aſſimulare rem. pu. &
Virgilius: Formã aſſimulata camerti.

Secunda forma ẽ quæ licentiæ antiquitatis uel conſuetudinis
a licentius uitat & in. I. litterã purã deſinit: nulla duce con-
ſonãte: ut ſono ſonui: crepo crepui: plico plicui: cubo cubui
domo domui: frico fricui: ueto uetui: ſeco ſecui: increpo in-
crepui: tono tonui: cubo cubui: domo domui: mico micui:
neco necui. Verumtamen & necaui legimus: ut nectus ne
catus. Et hoc differre uolunt necui quaſi ſuffocaui: neca-
ui: ferro occidi: unde necem cædem appellamus. Et adie
ctis præpoſitionibus ĩtono ĩtonui. explico explicui.

Tertia forma quæ. a. littera eximitur & iteratio ſyllabæ fit:
ut do dedi: ſto ſteti. & adiecta præpoſitione exto extiti: ob
ſto obſtiti. præſto præſtiti. Apud antiquos hoc uerbum
pro melius eſt ponebatur: aut pro antecedit: aut præbeo
ſignificat. Nam in ſignificatione præbeo potius dicebãt
niſi quod Saluſtius ait libro tertio. utrum uicem me præ
ſtare creditis. Et Cato ad Magnium ait interempto præ-
ſtari. Rurſum Seneca de officiis. ſi ceruicem præſtitero ait
pro præbuero. Eſt autem hodie horum uerborum iſta di-
uiſio: ut ſit præbeo patientis: præſto facientis ac perinde
præbeo occaſionem; aut operam. præſtiti fidem ac rem di
camus.

Quarta quidem ſpecies in. ui. ſyllabã deſinit ſic tamen ut
prior ſyllaba quæ in præſenti correpta fuerat perfecto tẽ
pore producatur: ut lauo lauas laui: iuuo iuui: ad adiecta
præpoſitione adiuuo adiuui.

Secundæ coniugationis formæ ſunt quinq;. Prima eſt quæ
in. I. litteram cadit nulla duce conſonante: ut ſplẽdeo ſplẽ
dui: niteo nitui: uigeo uigui: floreo florui: emineo eminui
teneo tenui: egeo egui: rubeo rubui. ſorbeo ſorbui. Cice-
ro in tuſculanarum ſecundo: ſanguinem omnem ſorbui.
Item ſorpſi apud auctores alios legimus: & adiecta præ-
poſitione adhibeo adhibui: redhibeo redhibui.

Secunda forma eſt quæ prima ſyllaba correpta perfecto pro-
ducitur: ut ſedeo ſedi. faueo faui: uoueo uoui: caueo caui:
uideo uidi: neo neui: fleo fleui: cieo ciui: accieo acciui.

Tertia forma eſt quæ deſinit in. I. litteram præpoſitis con-
ſonantibus uariis: ſed inceptiua littera ſiue ſyllaba gemi-
nata: mordeo momordi: ſpondeo ſpopondi: tondeo totõ
di: pendeo pependi. Adiecta præpoſitõe geminatio ceſſat

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

ſyllabæ:ut deſpondi:detondi:reſpondi.

Quarta forma eſt quæ in.ſi.ſyllabā deſinit: ut algeo alſi: ardeo arſi:hæreo hæſi:quaſi paſſiuum quoq; id uerbum admittat declinationem inuenimus perfectum tempus hæſus mulceo mulſi: in patiendo autem mulſus:& turgeo turſi: urgeo urſi.

Quinta forma eſt quæ extremam ſyllabam in .xi. cadit: ut frigeo frixi: mulgeo mulxi: rugeo ruxi: lugeo luxi: augeo auxi: alliceo allexi: ſed apud ueteres allicio legimus: pellliceo pellexi: luceo luxi. Duo ſane uerba uideo & prandeo quæ nullius formæ regulam ſeruant: aut recte excipientur aut ſextam ſibi formam uendicabunt: ut uideo uidi: prādeo prandi. Nam in ſecundo ordine non eſt reperire uerbum poſtrema parte geminari: ſed a prima tantum quale mordeo momordi.quare errāt qui dicūt prandidi.

Coniugationis tertiæ correptæ temporis præteriti perfecti formæ ſunt nouem. Prima quidem eſt quæ deſinit in.ui. ſyllabam: ſed tamen ſimilitudinem uerborum cōtinet primæ coniugationis ideſt.a.habet ante nouiſſimam ſyllabā ut paſco paui:ſterno ſtraui

Secunda forma in.I.puram litteram deſinit:ut alo alui: arguo argui: exuo exui: fremo fremui: molo molui: uomo uomui: pecto pexui: pono poſui: gigno genui: meto meſſui: quod quidam exterminant: amicio amicui:ut Brutus in laudatione Apii Claudii quæ de toga prætexta amicuit ſed Varro ſceleris magiſter amiſit.

Tertia forma eſt quæ in.I.quidem litteram appoſitis uariis conſonantibus: ſed inceptiua littera ſiue ſyllaba geminata quæ in hunc finiuntur modum primam ſyllabam iterant: ut curro cucurri: diſco didici: cano cecini: tango tetigi: tendo tetendi: pendo pependi: pello pepuli: pungo pupugi: ſicut Cicero intellexi quod eum pupugiſſem. ſed & punxi dicimus. fallo fefelli: cado cecidi: cædo cæcidi: parco peperci: ſed & parſi legimus: ſicut Terentius egone uitam parſi perdere. Plautus. Duorum labori ego hominū parſiſſem libens. Sic enim melius ueteres parſi declinant. Nam parſimoniam non parcimoniam dicimus.

Volunt autem quidam grammatici differre ut parſi ſemel quid factum ſignificet: peperci autem & ſemel & ſæpius. Facit autem participium parſurus futuri:ut ait Varro. Omnia uerba quæ perfecto prima ſyllaba iterant adiecta præpoſitione plerunq; deſinent iterare: tendo tetendi: pello pepuli: pendo pependi: curro cucurri: adiecta præpoſitione geminatio ceſſabit. intendi: contendi: expuli: impendi: percurri. Apud auctores autem non nunquam inuenimus iterari uerbum quod eſt excurro excucurri. Duo uerba reperiuntur quæ iterant etiam admiſſa præpoſitione proculdubio in eodem ſtatu ſunt poſco popoſci: depoſco depopoſci diſco didici: ediſco edidici: addiſco adidici.

Verba tertii ordinis quæ iterantur tempore perfecto ex utraq; parte tā prima q̄ poſtrema ſyllaba geminantur. Prima ſic: parco peperci: curro cucurri: cado cecidi. Poſtrema ſic credo credidi: prodo prodidi: condo condidi: abdo abdidi: indo indidi: trado tradidi: uendo uendidi. Participium autem futuri uenditurus. Paſſiuum autem eſt ueneo uenii. Eſt tamen apud ueteres ueneor uenditus ſum: ut apud Plautum: Ego ne illi uenear. Titianus etiam de agricultura primo: Patremfamilias uendacem magis q̄ emacem expedit eſſe. Nam id melius emitur q̄ ueneatur. Cicero cauſarum decimotertio: Re uendita iterum empta. Vnde manifeſtum fit uenita non dici: ſed aut uenundata: aut uēdita ut: Cicero: Poſſeſſioēs rēdimi eas poſtea pluris uēditas.

Quarta forma eſt quæ deſinit in. ſi. ſyllabam: ut concutio concuſſi: allido alliſi: cudo cuſi: ſed potius cudi: ut eius cōpoſitū Tū primū ſilicis ſcītillā excudit Achates. premo preſſi: trudo truſi: rodo roſi: nubo nupſi: uro uſſi: demo dēpſi: ſed cōpoſitū adimo ademi. Incerta autē eſt ratio demptæ uel appoſitæ præpoſitionis: ut cum ſit adimo ademi: demo demi non faciat: ſed dempſi: repo repſi: Inde obrepo obrepſi dicimus: non obrepi. In quo

impiti fallunt.
Quinta forma eſt quæ deſinit in.xi.ſyllabam : ut ango anxi
frigo frixi:lingo lĩxi;ungo unxi:mingo minxi:meio mei.&
minxi.Sed meio meis mei dicitur & minxi : rego rexi: ſu
go ſuxi:uergo uerxi:pergo perrexi:illicio illexi: negligo ne
glexi . Sed æmilius macer omnium ueſtrum neglegerit au
ctoritatem. quod analogiæ propius : quia & legent dici-
mus.Necto nexui uel nexi. Virgilius:palmas amborum
innexuit armis.Liuius in odyſſea:Nexabant multa intra ſe
monetas nexiſti retia lecta.Lucilius ſatyrarũ curarum retia
nexit.
Sexta forma eſt quæ deſinit in.ui.ſyllabã:ut cupio cupiui:ſa
pio ſapiui & ſapui:peto petiui: quæro quæſiui: tero triui:
& futuri tẽporis participiũ triturus.
Septima forma eſt quæ deſinit in .I. quidem litteram: ita
tamen ut inſtantis prima correpta perfecto tempore pro-
ducatur: ut cerno creui:capio cepi: emo emi: fundo fudi:
frango fregi: iaceo iacui & ieci : ſperno ſpreui : ſero ſeui :
ſino ſiui: lino liui:relino reliui: ut Terentius reliui dolia
omnia . in patiendo litus facit: ut Virgilius lita corpora
guttis.
Octaua forma eſt quæ deſinit in.I. quidem litteram : ita ta
men ut a ſecunda perſona inſtantis temporis uenire uide
atur: ut mando mandis: mandi: uerto uertis uerti: ſuſpen
do ſuſpendis ſuſpendi : capeſſo capeſſis capeſſi : uiſo ui
ſis uiſi.
Nona forma eſt quæ deſinit in .di. ſyllabam ita tamen ut
iteratio mediæ ſyllabæ fiat: ut addo addidi: abdo abdidi.
condo condidi: indo indidi: ſcindo ſcidi. Hoc autem uer
bum & ſi quod ex eo componi poteſt nulli formæ paret
niſi forte octauam formam circumferimus id uerbum con
ſcĩdo cõſcidi detracta uſu quõdã.n.cõſonãte:quare autem
præteritũ tẽpus aut ſyllabis crẽſcat aut minuat.aut ps ſit ñ
ẽ ĩuẽta ratio.Cur aũt a correptis producat : ut traho traxi:
aut productis corripiatur:ut ſto ſteti: do dedi: aut utroq;

ꝑducat:ut flo flaui:aut utroq; corripiatur:ut iaceo iacui.ſi
militer non eſt inuenta ratio. Sed lectio auctorum obſer-
uantia ſua nos certiores de perfectis inſtituit.
Coniugationis tertiæ productæ quam quidnm quartam no
minant formæ ſunt quinq;.
Prima eſt quæ deſinit in ui: ut audio audiui & audii:ambio
ambiui & ambii: garrio garriui & garrii: geſtio geſtiui &
geſtii: hinnio hinniui hinnii : grunnio grunniui grunnii:
hirrio hirriui hirrii: præſagio præſagiui & præſagii.
Participium futuri tẽporis præſagiturus.
Secunda forma eſt quæ deſinit in.I. litteram puram: ut uo
lo uolui.malo malui:opio operui:operii.
Tertia forma eſt quæ deſinit in. ui. quidem ſyllabam ad ſi
militudinem prımæ formæ: ita tamen ut illa tantummo
do uerba contineat quæ in prima perſona tempore præ-
ſenti.e.ante.o. habent litteram: & cum ſint tertiæ coniu-
gationis ſecundæ formulam ſeruant in prima dumtaxat:
ut queo quis quiui: neo neui:eo iui: & ſi qua eorum præ
poſitionibus copulantur: ut tranſeo tranſiui: adeo adiui:
ſubeo ſubiui: prodeo prodiui: exeo exiui. Horum tantũ
modo uerborum futurum tempus in.bo. ſyllabam cadit
& ex his etiam plurima tempore perfecto ueterum uſur-
patione . u . penultimam detrahunt : ut tranſii : adii : et
cætera.
Quarta forma eſt quæ deſinit in. ſi. ſyllabam: ut farcio far
ſi: ſarcio ſarſi: ſepio ſepſi:fulcio fulſi.
Quinta forma eſt quæ deſinit in . xi. ſyllabam : ut ſancio
ſanxi:uincio uinxi. Fere apud ueteres uerba tertiæ coniu
gationis productæ perfecto indicatiuo duplici.ii.finiebã-
tur: ut adii.Sed nouitas breuitatis cauſa cuncta permiſcu
it. quippe ſancio ſancii faciebat:ut Pomponius ad Traſe-
am ſancierat inquit. & Caſſius ſeuerus:lege ſancitum eſt
inquit . Item Lucretius:ſancitum quando quidem extat.
Nos autem ſanxi dicimus.
Hæc de quattuor coniugationibus quæ ꝑtinẽt ad uerba quæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

analogiæ parent quarū exempla paſſim per ſcripta ſunt no
ta: quæ ſi quis concepit animo non facile labent̃: ſunt enim
euidenter expoſita.
Sūt quædā ꝑfecta a diuerſis īſtātibus deriuata: ut acuo acui:
aceo acui: frigo frixi: lugeo luxi: fulgeo fulxi: luceo xi: cerno
creui: crſ̄co crui: paſco paui: paueo paui: ſiſto ſteti: ſto ti: cō
ſiſto cōſtiti: cōſto cōſtiti: fero tulli: tollo tuli & tetuli. Teré
tius huc tetuliſſem pedé. tollo tuli quod ē ī cōſuetudine ſu
ſtuli facit. Eius tamen ꝑfecti inſtās apud ueteres ſuſtollo:
pendo pendis: pendeo pendes pependi. comperio compeo
comperii. Sed accentu diſcernitur ſenſus: accentu eīm acu
to proferimus quotiés pro eo accipitur quod eſt reſciui. Cō
perio e īm facit comperi: quod circūflexo accentu declinat̃.
quotiens ꝓ eo accipit̃ quod eſt cū alio perii cōperierā facit.
Sunt quædam uerba quæ habēt perfecta duplicia: ut pango:
pepigi & panxi: pūgo pupugi & punxi: uello uelli & uulſi:
ſed melius uelli: ut Virgilius: cineres maneſue reuelli. Idem
ima de ſtirpe reuelli. Item Laberius aliqua parte præuulſe-
rat. teneo tenui: apud ueteres teniui: tundo tutudi & tunſi:
explico explicui et plicaui ut Virgilius explicuit legi. ſed ex-
plicaui legimus apud Ciceroné.
Sunt quædam uerba quæ ex una poſitione diuerſos ſortiunt̃
declinationum ordines & ſenſus quaſi mando mandas cū
aliquid monemus: mando mandis: cum dentibus quid cō
ſumitur. Quidam in conſuetudine manduco dicunt. Volo
uolas quotiens alitum iter demonſtramus. uolo uis quoti-
ens uelle quid ſignificamus. fundo fundis fundere: fundo
fundas fundare: compello compellis compeller̃: compellas
compellare: dico dicis dicere: dico dicas dicare: prædico præ-
dicis prædicere: prædico prædicas prædicare: pinſo pinſas
eſt apud Perſiū ambiguum. O Iane a tergo quē nulla cico-
nia pinſit: an pinſat legendum ſit. Sed apud ueteres reperi
mus n. litterā additā: & pīſit ſecūdū tertiū ordinē: ut Enni
us. x. ānaliū: pinſunt cæram genibus. huius ꝑfectū pinſui
ut apud Pōponiū cū neq; molis molui: neq; palmis pīſui.

Item pinſendus participium erit pinſurus & pinſus. Pēdo
pendis quaſi ſoluo pœnam: ex quo compoſitū fit ſub eodē
ſenſu expendo expendis: & dependo dependis huic additur
e. littera ut ſit ſecundi ordinis ſub alio ſenſu quaſi pēdeo. i.
in ſublimi ſum: cui addita præpoſitio potius ordinē ac ſen
ſum mutat quaſi ſuſpēdo ſuſpendis: quod eſt actiuū eius.
pendeo & enim ego eſt abſolutum: ſuſpēdo aliū actiuum.
pendeo per me: ſuſpēdor ab alio. adoleſco adoleui facit. nā
Virgilius. ſic declinat mox cū matura adoleuerit ætas. tamē
aduleui uult quidam in ſacrificio dici: & uenire ab eo quod
ē adoleo. ſed in ſacrificio actius Caſſius ad Tiberiū ſecūdo
Adoleuit dixit maximum ſacrificiū integrum anſerem ado
leuerit. & in paſſiua ſignificatōne abolitus. Occino: occini.
eſt enim a cano cecini: & in cōpoſitione amittit unam ſylla
bam. ſed Saluſtius ī primo hiſtoriarum dixit ſenſim metel
lo cornicines occinuere. Aio uerbū inuſitatam habet declīa
tionē: de cuius imperatiuo non nulli ambigebāt utrū dictū
ai: ut Neuius an eſt nata pregnâs uel ai: uel nega. Impfectū
quoq; aiebam: aiabas: aiebat. aiebamus: aiebatis: aiebant.
Salio perfectū ſuauius enuntiari uidet̃ ſalii q̄ ſaliui. ſed ple
riq; ueterum ſalui dixerunt: ut Virgilius: ſaluere per utres.
Item Liuius ab urbe condita libro primo nouos tñ ſiluiſſe
muros. nō minus. & Cicero pro Milone deiecta penula tran
ſiluit. Virgilius deſiluit turnus biiugis. Sino ſini: ut Publi-
us de uita ſua. quod ſi me inuitū abire ſiniſſet. Itē Scaurus
prædium non ſini fieri. melius tamen dicitur ſiui ſicut Var
ro complexionum ſexto: ad mortē non ſiui me producens.
Item Terentius in adelphis: quia non ſiuit egeſtas. Excello
crebro legimus aput ueteres: & Cicero de re. publica: excel-
lunt inquit. Idem de oratore antecellunt: & de diuinatōe
Præterea ſimilr̃ coartatōne circū cōciliabula ātecellāt. Vetus
tamen Macer æmilius orithogenias ſecundo cum laude ex
cellet omnes. Dicam nunc de his quæ. r. litteram finiūt.
Nitor niteris perfecto niſus ſum. ſed ueteres immutantes
nixus declinant: ut Virgilius. Connixus ab aggere dextra.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Item magnis adnixus uiribus haſtam: adnixus latis hume/ris: & adnixus acuto detrudũt naues ſcopulo. melius eĩm dicimus niſus a nitendo: & niſa. enixa enim appellatio eſt & ad partum refertur cũ dicimus geminos enixa eſt: ut apud Virgilium. triginta capitum fœtus enixa: ut ſit eniſa uiri/bus conata: enixa partum. Alor aleris: altus ſum: Saluſtius arpini altus. melius eſt enim dicer̃ uitãdæ ambiguitatis gr̃a alitus. Nam & alimenta dicuntur. Salior frequens uidetur & tritũ: ut pfecto tẽpor̃ ſalſus ſalſa ſalſũ: dicamus: ſed ueteres ambiguitatem appellationis uitantes & analogiam ſalitus ſum dixerunt a poſitione ſalo non ſalio: ut Varro ad Ciceronem quinto: ut ſeruarent ſallere. Item antiquitatũ hu/manarum. xv. mortuos ſallant. Seuerus diſtractos atq; ſalitos. & Fauianus cauſarum tertio: cum caro ſallet eſt diuturnior. Saluſtius hiſtoriarum quarto: reliq ua cadauera ſalita Sallere ergo ſalita: & proculdubio ſalio ſali debet. cuius frequens eĩm perfectum uidetur ſalitus ſum potius q̃ ſalſus. Abſcõdor abſconſus: & abſconditus melius: quia ſimplex cõdor cõditus: deleor delitus & deletus. Cicero ad filiũ cæris deletus. Varro pecorina delitæ litteræ. Caluus ad uxorem. prima epiſtola in uia delita. Oſtendor oſtentus: quoniã ſit tendor tentus. nam oſtentatus eſt frequens. quoniam & tẽporibus perfecti paſſiui futura participia actiua deriuãtur uelut amatus ſũ amaturus. P. Rutilius de uita ſua uni una oſtentata eſt. Item. P. Lucius Cellius ad populũ. ex hoc deriuauit participium: ex hoc me ſpero oſtenturum non oſtẽ ſurum. ſed melius oſtenturus dicimus. Et Liuius: item pro ſigulo oſtenta promiſſione. Varro rerum ruſticarum pri/mo lacus optimus hamo oſtentus: & quia cacephaton ui/det̃ deoꝝ uehiculũ tẽſũ dixerũt nõ tẽtũ ne uerbũ turpe ſonaret ĩ ſacris. Expgiſcor expr̃ctus: & expgor ex pgitus expgeſio: expgeſctũs. ſed. is. expgitus dr̃ q̃ excitatus ſomno ſpõte uigilat. ũde & Lucillius ait. ergo e ſõno pueros cũ mãe expgitus clamo: expr̃ctus aũt a qete ĩpeditus: ũde Saluſtius ex pectus ſõno arr̃ptis armis tumultũ facer̃ expgeſcũs porro ẽ

q̃ p aliũ ſomno excitatus: fatigor: fatigatus ſũ facit ñ feſſus & longe fallunt̃ qui opinantur ex eo fatiga feſſus deriuari. Nam feſſus appellatio. Differt autem fatigatus a feſſo. ut Varrius ait ꝙ fatigatus cũ quis p aliũ laborar̃ cõpellitur ut laſſatus. feſſus uero cũ quis labore deficit: ut laſſus. Inſeror inſertus & inſitus facit. Et tradũt quidã inſitus arborũ & pomi eſſe. Inſertus hominis uel alicuius rei. Fallor falſus ſum: ut Virgilius. falſi impleuit genitoris amorẽ. ſignificat enim qui fallebatur. Educor eductus facit: ſed frequentius Cicero educatus & educata dixit. Virgilius: Eductũ egeriæ lu/cis. Ordior orſus ſum facit: & tã incipientem ſignificat: ut Virgilius: ſic orſus ab alto: quam deſinentẽ: ut idem: ſic orſus Apollo: mortalis uiſus medio ſermone reliquit.

Figor ambigue declinatur apud ueteres tẽpore pfecto. Reperimus enim fictus & fixus. Scaurus de uita ſua ſagitta ĩquit confictus Varro ad Ciceronem fixũ ait. & Cicero Academiarum ſecundo: opera affixa. & Virgilius: Si mihi nõ animo fixum.

Comperior & comperio differũt. Nam cõperior ex mea opinione colligo & compertum habeo pro explorato: quod uer/bum deficit in futurum & impatiuũ. Comperio eſt ab alio cognoſco. Medito & meditor: ut putat Plinius meditare eſ/ſe ſecũ cogitare: meditari uoce dicere.

Snnt quædam. r. littera terminata & diuerſa poſitõne deriuata quæ eadem ſortiuntur perfecta: ut pandor panderis exigebat analogia ut panſus diceremus ſed paſſus dicimus: ut Virgilius: Crinibus iliades paſſis. Item patior pateris: paſſus ſum: uertor uerteris: uerſus ſum: ut Virgilius: uerſaq; iuuencum terga fatigamus& haſta. Item uerror uereris: uerſus ſũ. Virgilius: Et uerſa puluis inſcribit̃ haſta. Melius ẽ enim tracta intelligere q̃ inuerſa. Luxurior in crimine eſt: ut Cor/nelius ſæuerus ait: Luxuriantur opes: atq; odia lõga grauã/tur. Luxurio autem in laude: ut Vigilius. Luxuriatq; toris animoſum pectus. Significat enim non laſciuiã mẽtis: ſed habitudinem corporis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Sunt alia præterea uerba quæ adempta una littera uel addita
diuerſos ſortiuntur ordines quaſi metor metaris dicimus
cum ad locū refertur:cum dicimus caſtra prope tyberī me⸗
tatus ſū:metatus eſt. Metor meteris ad fructū ex quo perfe
ctum fit meſſus:nō metitus ſum. meſſuram eīm dicimus
non metitionē:& futuro actiuo meſſurus : paſſiuo meten⸗
dus. Miſeror miſeraris primi ordinis:accedit littera & fit ſe⸗
cūdi quaſi miſereor miſereris.

Noſtrum nō eſt referre ueterū exempla:ueſtrum ut cuiq; libi
do eſt auctoritate eoꝝ uelut analogia uti.

Omne uerbū quancunq; præpoſitionē recipit ordinis declīa
tionem facit ueluti ſcādo ſcandis:aſcendo aſcēdis: mordeo
mordes:remordeo remordes. Præter iſta ſapio ſapere adie⸗
cta præpoſitione rſipio reſipire: & fit producti ordinis. ſed
deſipio deſipere facit:nō deſipire:cieo ciere:accio accire:con
cio concire excire:do:dare.addo: adder̄:& alia nō nunquā ī
ueniunt̄. figura eīm quaſdā cōiugationes īmutat.

Nam ſedeo cū ſit ſecundæ cōiugationis accepta præpoſitōne
mutatur ī tertiam & facit conſido:aſſido:ſubſido: quippe
cū Virgilius dicat:Conſidere ī ignes. & Terētius:aſſido:ac⸗
currūt ſerui. Nec ſolū coniugationes:ueꝝ etiā ipſam poſiti
onē uerboꝝ compoſitio mutat:ut calco facit inculco:nō In
calco uel cōculco:ſcalpo inſculpo. quare gemma ſcalpta di
cendū eſt non ſculpta. adiecta eīm præpoſitione facit ſcul⸗
pta. facio cōficio:inficio:ſalio deſilio. farcio refercio: ſapio
deſipio:frango infringo:cōfringo:capio concipio decipio:
ſpargo conſpergo & diſpergo:iacio conicio deiicio:carpo de
cerpo:gradior ingredior.

Sūt quædam uerba quæ παράγωγα appellantur quæ & pri
mitiui uerbi declinationem & mutationem & adiectionem
litterarum capiunt:& nihilominus idem ſignificant. inter⸗
dum uariantur: uelut laceſſo ex eo quod eſt lacero : ſed hic
uariat. Laceſſere enim cōcitare eſt. faceſſo æque fit faceſſere
diſcedere intelligitur ut eſt apud Terentiū:hic nūc faceſſit.

Item accerſo & per. r. ſcribit̄ arceſſo:ſed nitereſt:qa accerſſere
euocare eſt:arceſſere uero aliquem accuſare ſignificat:& ab
arceo naſcitur. Et eīm aliū accuſare a maleficiis arcere eſt.

Sunt quædem uerba quæ cum cæteram declinatōnē habeant
plenā tempore perfecto deficiūt:& ſunt feræ hæc uerro:me
to:furio. horum uerborum nō facile reperimus tēpus perfe
ctum:& tamen quod eſt uerro in paſſiua declinatione uer⸗
ſus habet:ut apud Senecam ī dialogo de ſuperſtitione: uer
ſa templa. & Plautus uerſa ſparſa.

Sunt quædam uerba quæ primā amittunt perſonam ueluti
ouas ouat. raro reperimus ouo dictū. Itē furis furit:raro fu⸗
rio inuenitnr. faris fatur raro for inuenitur. Verum ī cōpo⸗
ſitione ut apud Caium reperimus effor dictum. roras rorat
uix roro. daris datur raro dor reperimus. Item iquis inquit
dicimus. huius uerbi declinatio q̄uis ſit tota plena prima ꝑ
ſona longe diſſimilis eſt cæteris uerbis:nec congruēs primæ
perſonæ ē:cum inquā inquis inquit quarti ordinis uerbū.
Item forem fores foret pro eo quod ē eſſem eſſes eſſet dum
taxat dicimus cætera declinatōne deficit. quæri autem ſolet
utrum ſit poſitio huius uerbi ſum:& hæc duo infinita ha⸗
beat eſſe & fuiſſe:an tertium etiā aſſumat fore:quod uerbū
eſt apud antiquos qui dicebāt fuo fuas fuat. unde Terenti⸗
us ait fors fuat. & Virgilius:tros rutuluſue fuat:infinitiuū
eius fore.

Sunt quædam uerba quæ nequaquā ex ſe deriuata habēt præ
terita. utimur tamē ꝓximis uelut ferio:perfecto ferii nō di⸗
cimus:ſed percuſſi. Item ſiſto ſteti uel ſtatui:quoniā dupli
ci ſenſu fungit̄. Itē furis furit:furii furiiſti nemo dicit: ſed ī
inſaniſti. tollo ſubſtuli:quāquam nō nulli ex hoc tēptaue⸗
runt perfectū ſacere tuli:quale ē ex eo quod ē fero tuli: quo
niā ſubſtuli ab eo uidetur proficiſci quod apud ueteres re⸗
peritur ſubſtollo. Item affero attuli:quoniā & fero tuli dici
mus:quāquam & id perfectū quod eſt attuli ex alio uerbo
proficiſci repimus apud ueteres ex eo quod ē attollo:ut Ne
uius in tabellaria:dotem ad nos nullā attollat. Plautus cō⸗
poſitū efficit ī rudēte ullas abſtollas ut ſit īſtās abſtollo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sūt item alia.r.littera terminata quæ tēpus non habent quo
niam ſua perfecta non habēt:uſurpant tamē eiuſdē ſignifi
cationis uerborū perfecta : uelut ueſcor paſtus ſū facit. ex
eo tamen uenit quod eſt paſcor:ueſcitus ſū nemo dicit. Itē
arguor conuictus ſū facit ex eo quod eſt conuincor. Habet
aūt etiam apud antiquos argutus ſum:angor anxius ſum.
anxius aūt nomen eſt quod ſignificat ſolicitus. reminiſcor
recordatus ſū.medicor medicatus ſū: operior optus ſum.

Sūt alia uerba quæ cū ſolitam habeant cæteram declinationē
nihilominus participiis deficiūt:quale eſt timeo.ex hoc uix
futurū participiū declinatur. Timiturus enim non facile re
perimus dictū.Item fio futurum participiū non habet. Fu
turus enim ex eo quod eſt ſū deriuatur. Raro etiam inſtās
reperimus ut fiens dicamus & fientes.Item tollo tolliturus
nemo facile dixerit eruditorum.Item ſoleo ſoliturus nemo
dixit.uix etiam inſtās aſſolēs aſſolentes . Hactenus de his
quæ participiis deficiūt.

Et iam ipſa uerborū cōiugatio prima ſit an tertia.Item ſecū-
da ſit an tertia nouitas a uetuſtate diſtentit.Nam lauo la-
uas nos dicimus:illi lauo lauis:Vt Plautus in pſeudulo:ta
bellas eas lachrymis lauis.Et Virgilius:Luminis effoſi flui-
dum lauit inde cruorē.Sed quidā per.i.lauit pro humectat
& coinquinat intelligi uolūt:ſed fruſtra.id enim ſignificat
ꝙ lauas.

Solent in uerbis etiam peritiores errare incerti utrū cum .r.
an ſine debeant proferri Quirito Liuius Varro & Feneſtel
la quiritaui.Eſt autē quiritare qrites ciere. aſſentio Virgili
us:Aſſenſere omnes.Cicero ad fratrē inquit:aſſentio lētulo
ſed & aſſentior Saluſtius ait in catilina. Alius alii uarie aſ-
ſētiebāt.lachrymo lacrymaui:nec quiſquā eſſe lachrymor
crēdat:quāuis Ouidius dixerit: lachrymatas coritice mirras.
munero muneror.ſed Horatius:muneretur te priape affe-
cto:ſed Varro affectatus ē regnū bello.ſed Virgilius bellan
tur Amazones armis.Sed ne proferēdo ſingulorū exēpla lō
gū faciā ſatis ſtudioſe dixi qd quomodo dici debeat: & ubi

poſſit inueniri contrariū.

Sunt præterea uerba quædam quorum poſitōnem diuerſam
quam uulgo eſt apud ueteres reperimus. Cui eīm dubium
cadit quin abnuo abnuis dicamus:uerum apud ueteres ab-
nueo dictum notauimus:ut Ennius octauo annalium:Cer
tare abnueo:metuo legionibus labem.Idem ī telamone:Ex
eo futurum abnueant.Item attingo attingis omni erudito
rum conſenſu dicimus.Verū reperimus apud nō nullos au
ctores quibus eloquentiæ & elegantiæ tributa eſt opinio ſi-
ne.n.littera dictum quaſi attigo attigis:ut Pacuuius in me
dio:Et cuſtodite hūc uos:ne quis eū attullat:neue attigat.
Item Plautus ī muſtellaria pluraliter:abſcedite tellis ne atti
gant.Item hortatur quod uulgo dicimus: ueteres nō nulli
horitor.Idē in.x.horitor īduperator quaſi ſpecie iteratiua.

Plaudo frequens eſt apud ueteres plodo ea cōſuetudine qua
au.ſyllaba cū.o.cōmertium habet: ut cū dicimus clauſtra
& cloſtra:cauda & coda:& ſimilia.

Pario cum ex hoc dicamus infinitum parere apud ueteres pa
rire dictū repimus:ut apud Enniū:Oua parire ſolet genus
pennis condecoratū.Item rident proculdubio cūcti dictitāt
apud ueteres ridūt reperimus dictū.Brutus de patientia ir-
ridunt horum lachrymas. Item quod nos ſuſpicatur uete-
res hoſpicatur dixerūt. Claudius octauo hiſtoriarū hoſpi
cat̃ ait.Item quod uulgo obſopio dicimus ueteres obſopo
dixerūt:Cæcilius mulierculā ego illā huic deſpōdebo ex na
to ſaltē obſopā.Oleo oles apud ueteres olūt: Plautus ī cor
nicula:olūt ædes arabicas: perinde q̃ſi olo: olis: ſit dicēdū.
Itē noſco noſcis:& huic uerbo paſſiuo ueteres.g.litterā præ
ponebāt gnoſcit ait Cæcilius:qnoniā & præpoſitiōe addita
agnoſco & cognoſco dicimus.Itē eodē mō nō nulli gnoſcit
noui & gnoui ueteres formabāt.Grūnit porcus dicimus:ue
teres grūdire dicebāt ut ſit inſtās grūdio. Cæcilius cruento
ita ore grūdibat miſer.Claudius ānaliū quītodecimo: Grū
dibat grauiter pecus ſuillū: Hinc quoq; grundiles lares di-
ctos accepimus quos Romulus cōſtituiſſe dicitur ī honorē

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſcrofæ quæ.xxx.pepererat porcos.hoc ita eſſe hoc modo af
firmat Caſſius in ſecunda hiſtoria. Paſtorū uulgus ſine cō
tentione conſentiēdo præfecerāt æqualiter imperio Remū
& Romulum ita ut de regno pares inter ſe eēnt. Mōſtrum
fit ſus parit porcos triginta:cui rei fecerunt laribus grundi
les. Itē uulgo dicimus amplector:ueteres mutauerunt āple
cto crebro dictitantes:ut Liuius ī odyſſea utrum genua am
plectēs dixit:& alibi amplexens pro amplexās. Eſt eīm eius
quod eſt amplector amplexor amplexeris iteratiuū. Ex hoc
ergo amplexens non amplexans fit participiū. Hactenus
de his quæ memoria ſuppeditare potuit:nunc r̄feremus de
corruptis.

Analogia apud nos ē proportio omiſſis græcorū ambagibus
ſimplici mō tam ī uerbis q̄ in nominibus obſeruata. In uer
bis. Ea uidētur uerba analogiæ reſpondere quæ poſitionem
primā habent:ut in actiua declinatione in.o.efferantur:in
paſſiua.r.addita quæ in exemplis coniugationū quidē cō
petēter demōſtrauimus.

Si qua ſunt uerba quæ ab iſtis diſcrepant corrupta dicimus:
quoniam dum proprio more declinantur cæterorum corrū
punt analogiā. Neq; eīm eſt qui quaſi accuſo & moueo ita
ſum ordini aptare poſſit. Neq; uolo quidē ipſum corruptū
ē ideoq; ſecernuntur & priuatī declinātur. Sunt autē admo
dum pauca. Sum & quæ ex eo compoſita ſunt adſum: de
ſum:abſum:poſſum:præſum:inſum:& ſimilia.

Item uolo & ex eo cōpoſita ſunt nolo:malo & ſimilia. Itē fe
ro & quæ ex eo compoſita ſunt defero:infero : aufero & ſi
milia. Itē edo & ea quæ ex eo compoſita ſunt comedo ambe
do & ſimilia. Item odi:noui:memini. hæc ſunt quaſi corru
pta uerba quæ ſingula operæ preciū eſſe opinor percenſere
ſum uerbū ī primis corruptū ē non tamen propter cætero
rum declinationē:ſed ipſa poſitione:quoniā nullum in to
to ſermone tale eſt niſi quæ ex eo cōpoſita ſunt. Id uerbum
& perfectū eius ſolet adiūgi participio paſſiuo & finitiuum
perfectū ſignificat:quaſi amatus ſū:amatus fui & ſimilia.

Id uerbum deficit participio inſtantis tēporis. ex hoc uerbo
cōpoſitum eſt proſum:ſed adiecit.d.litteram quaſi ꝓſum
ꝓdes prodeſt. cætera ſimiliter declinantur. Ideo autem nec
id tēpus participium admittit inſtantis tēporis. Itē poſſum
quod ex eo cōpoſitum eſt.t.litteram admittit quaſi poſſū
potes poteſt. Cætera ſimiliter declinantur:niſi ꝙ futurum
infinitiuum aut participium admittit cum principiū eius
habeat. Ex eo enim quod eſt ſum futurum facit. ex eo qđ ē
proſum ꝓfuturus. nihil tale admittit hoc præſens tempus
ens participium. Potens appellatio nō participiū. Eſt eīm
quod græci dicunt δυνατὸς. Cæteraq; ex eo quod ē ſum
cōpoſita ſimiliter declinantur. Poſſum tamen nō nulli ue
teres & paſſiua declinatōne figurarunt poteſtor & poſſūtor
& quitur & quitus ſum apud nō nullos ueteres reperimus:
quod ē triſinonimum:& hanc adnotant nō nulli ueterum
differētiam ut actiua declinatōne ad perſonam feratur qua
ſi poſſum ego:potes tu:pōt ille facere:ut quaſi tam ꝑſona
facilis q̄ ē ut fieri poſſit ſubtilis annotatio: ſed parum uſi
tata. Sed quoniam eſſe dictum retulimus apud ſit dictum
affirmabimus. Actius quitus poſuit ꝓ quiui hoc mō. Nā
neq; precio:neq; amicicia:neq; ui impelli neq; prece quitus
ſum. Idem alibi eodem mō unde oīa ꝑdiſci ac percipi que
untur. Cæcilius: Præterea ſi non ſarcire quit'. Item poteſtur
apud Ennium reꝑimus. Nec retrahi poteſtur imꝑiis. Scau
rus de uita ſua tertio: Poteratur etiā ſicut poſſitur dictitat.
Ex eodem etiā potis ſit dicebāt: Itē potis ē pro pōt:ut apud
Ennium: Qui potis ingētes cauſas euoluere belli. & Virgili
us: At nō Euandrū potis eſt uis ulla tenere:nec non pote ꝓ
potes crebro dicere reꝑimus: ꝓximo ut exemplo utar Perſi
us ait qui pote uis dicam nugaris:cuius futurum potero &
potuero:ſed potero magis potuero ſubiunctiuū quaſi non
potuero. Eſt & uolo corruptum poſitionem quidem habet
talem uelut cætera quæ analogiæ parent:quoniam in.o.ter
minatur:ſed in cæteris cōfundit declinationem. nullo enim
exemplo analogiæ declinat'. Volo uis uult:id uerbū deficit

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

futuro infinitiuo & participio futuro quod ſemp ex infinitiuo futuro deriuatur. Ex hoc uerbo compoſita ſunt malo nolo. Sũt qui geminãt. l. litteram: & enuntiant mallo nollo: ſed quoniam principale eorum unum habet. l. uolo & ĩ prima compoſitione decidit ſyllaba: ſequens non immutatur quaſi malo nolo. Cætera ſimiliter declinatione prĩcipali declinantur. Apud ueteres reperimus id quod non uultis noltis: ut eſt apud Lucilium: uultis empta eſt: noltis nõ empta eſt. Ex hoc uulgo faciunt imperatiuum noli. Melius ẽ dicere nolis nolit. quod ex prĩcipali eius uelis uelit dicimus Horatius: Modo uelis quia tua uirtus expugnabilis eſt.

Fero corruptum. & id uerbum poſitionem quidem habet cõpetentem analogiæ quoniam in. o. effertur: ſed corruptum eſt quoniam nullo modo coniugationum declinatur. Fero fers fert: & eſt paſſiuum feror ferris: & compoſita ſimiliter per omnia declinantur defero: confero: ſed paſſiua declinatio nõ incõpetẽter analogiæ declinat᷑.

Edo corruptum eſt: quoniam edo: es: eſt declĩatur ut ẽ apud Virgilium: Eſt molis flama medulas. Huius infinitiuũ inſtans & perfectum ſimiliter declinantur quaſi eſſe: & cõpoſita ſimiliter comedo: ambedo. In paſſiuo autem declinat᷑ edor ederis eſtur participium eſus. Item ambedor & comedor: quæ declinatio non minus & ipſa ſecundum analogiã declinatur: de cuius perfecto ambigitur apud ueteres comeſus: an comeſtus & comeſturus. Sed Didimus ait de Saluſtio: Comeſta patrimonia. Valgius autem comeſa patina. Similiter & Varro. & ita melius adeſa & ambeſa. Virgilius Ambeſas malis abſumere mẽſas.

Odi eſt etiam corruptum. Accipitur enim pro inſtanti & perfecto. Non nulli diſtinguendi temporis gratia pefecto declinant.

Exoſus & peroſus: ſimiliter & pluſquamperfectum ſimiliter enim ex eodem horum temporum eſt declinatio. Imperatiuum non habet quaſi futuri: nec futurum infinitiuum uec participium. Idem uerbum in ſignificatione paſſiua aliter

formari nõ poteſt niſi dicas odio ſum illi. & declinatur. Simile eſt huic memini & huic uerbo putant inſtans & perfectum eſſe memor ſum. Id uerbum idem infinitiuum inſtans & perectum qnaſi meminiſſe. Futurum infinitũ nõ nulli declinant quaſi memorem futurum. alii tentant ex ſuperiori uerbo declinari quaſi futurum poſum ſic certe nec memini participia admittit ĩſtantis.

Eſt tertium his ſimile: ut quidam putant: nec uero defuerũt qui hoc uerbum præſentis temporis eſſe dicerent noui: nouiſti: nouit: & id ſimile eſt inſtanti & perfecto: ut memini Non nulli & in hoc faciunt diſcrimen ut ſit perfectum notum habui. nec refert ſi hæc diuerſa poſitõne diuerſum declinationis modum tempore admittunt perfecto. Sũt eĩm corrupta. Impatiuũ q̃ſi futurum non habet. Infinitiuum inſtans a perfecto non nulli ita diſtingunt ut ſit noſcere inſtantis: nouiſſe perfecti. Alii ſimiliter declinant utrunq; tẽpus noſſe ut meminiſſe. Apud ueteres pluralis huius uerbi inſtans colligitur pro eo quod eſt nouimus dicunt. Ita Ennius in luſtris nos quieſcer̃ æquum eſt nouimus ambo Vlyxem. Apud ueteres alio modo ex hoc uerbo formatam declinationem reperimus: quaſi noſco ut ſit inſtans: quibus annuere libuit cum exemplo cognoſcerem quale eſt apud Virgilium: Noſco crines incanaq; mẽta. ex quo fit compoſitũ cognoſco cognoui: agnoſco agnoui: ex quo non nulli ueterum declinauerunt agnotum & agnoturum: ut Brutus in epiſtolis item agnoturum dixerunt. Hactenus de corruptis quoꝝ declinatões ĩ ſupioribus habemus.

Qualitates ſermonis certiſſimas quibus tẽpora copulata ſermone cõnectuntur ita accepimus finitiuam: optatiuã: ſubiunctiuam quas notas tibi certe ſcio id æq; ſcies quicquid ſignificent ſimul ꝙ non alienum ſit & ꝙ ſcribere tibi parauimus. Tempora quoq; omnia prĩcipalia & quæ ex his deriuantur ita eſſe inſtãs quod & præſens: præteritum ĩperfectum: perfectum: pluſquãperfectum: & futurũ de quibus diſſerere non longe alienum præſenti tuo deſiderio ẽ: qbus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

temporibus ut breuiter dicam uniuerſa nobis adminiſtran
tur genera. Omnino igitur iſta tempora quoniam modo fi
nitiua: nõ nũquam optatiua: ſæpenumero ſubiũctiua ſũt
ſic nobis ſubiungũtur. Sermo dum finitiuus eſt abſolute
efferimus & dum optatiuus: aut dum repleatur ſenſus ne-
ceſſario ſubiũgimus: unde ſubiũctiua quoq; appellata ẽ
uerbi qualitas. Iũgũtur igit̃ inter ſe tẽpora hoc mõ.

Iungitur ĩſtans finitiui modi inſtanti finitiuo: ut Cicero: De
te autem Catilina cũ qeſcũt probant: cũ patiũtur decernũt
cũ tacent clamãt.

Item Terentius cũ Placo aduerſor ſedulo & detereo: tamẽ uix
humane patit̃.

Iungitur idem inſtãs ſubiũctiuo inſtanti: ueluti dico ut audi
as: aro ut ſemines: ſcribo ut legas: Terentius Ducas uolo
hodie uxorem.

Item imperatiuo modo ueluti id quod res eſt dico. tu coniici-
to cætera. Ego ſcribo tu lege: ego lego tu audi.
Item infinitiuo inſtanti ueluti meditor eſſe affabilis & be
ne procedit. Item credo ita uideri tibi. & credo uos iudi-
ces morari. uolo uidere. uolo diſcere.

Infinitiuo futuro ueluti puto ita euenturũ: & nempe opinor
dicturum patrem.

Infinitiuo item præterito ueluti eueniſſe ex ſententia lætor:
Et uideor mihi ieciſſe fũdamẽta defẽſionis meæ.

Iungitur finitiui modi tempus imperfectum modi ſubiun-
ctiui tempori imperfecto: ut mirabar hoc ſi ſic abiret. & he
ri lenitas uerebar quorſum euaderet. Et hic ſolebamus fere
plerunq; eã opiri dũ inde iret domũ.

Iungit̃ perfectum tempus modi finitiui inſtanti imperatiuo
ueluti ita ut dixi face Soſtrata: & face ut iuſſi deducãt̃ iſti.

Item perfecto finitiuo ueluti: Venit & ad ripas ubi ludere ſæ
pe ſolebat.

Itẽ ĩpfcõ ſubiũcto uelut. dũ hic ueniret locũ relĩquer̃ uoluit.
Itẽ futuro ſubiũctiuo ueluti dixi feceris iuſſu: ſed tñ obedieris
Itẽ inſtãti ĩfinito ueluti facere cõſtituit: querere cõſueuit.

Itẽ præterito ĩfinitiuo ueluti: dixi ego ĩ ſenatu pedẽ te optima
tũ contuliſſe.

Itẽ futuro ĩfinitiuo ueluti: Nã cõſtitui cũ quodã hoſpite eſſe
illũ cõuẽturã: & me tũ uxorẽ credidiſti ſcilicet ducturũ.

Iungit̃ pluſquã pfectũ tẽpus finitiui modi ĩſtãti finitiuo ue-
luti dixerat ille: etiã p mœnia clarior ignis auditur.

Itẽ ĩſtans fiuitiuum futuro finitiuo: ut apud Virgiliũ: Quã
quã animus meminiſſe horret luctuq; refugit: Incipiã.

Itẽ ĩſtãti ſubiunctiuo ueluti: Dico q̃uis intellexeris.

Reperimus apud ueteres ĩſtãs finitiuoꝝ iũgi etiã ĩpfecto ſub
iunctiuorũ: quod raro fit: cuius exẽpli prodendi gratia uel
ſola tulliana ſufficit auctoritas: aĩt in roſciana ſic: Cũ nulla
præſcriptionis mẽtio fieret: cũ etiã oẽs q antea meruerãt re-
dirẽt etiã eẽ defũctos periculis arbitrarẽtur nomen refertur
ĩ tabulis Sexti Roſcii.

Iũgit̃ impfectũ finitiuoꝝ impfecto ſubiũctiuoꝝ ueluti dice-
bas quãtũ intelligeres. Idem tẽpus iũgitur & pluſquã perfe
cto ſubiũctiuorũ ueluti: dixi q̃uis intelligeres: dixerã q̃uis ĩ
tellexiſſes. Item futurũ finitiuorum iũgitur præſenti ſubiũ
ctiuoꝝ & præterito pfecto & futuro: & optatiuoꝝ futuro.
Ita dicã ſi intelligas. Nõ nunquã iũgitur pfectũ finitiuorũ
futuro optatiuoꝝ ueluti: dixi ut facias. Cæteꝝ & ĩpfcõ ſub-
iũctiuoꝝ iũgi diximus. ſed hãc affert drĩam ut ĩterſit utrũ
dixi ut faceres an dixi ut facias enũtiemus: Quoniã ĩ ſupio
ri dixi ut faceres tpũs quo ut facias dixi præteriſſe ſignificat
ĩ eo uero qđ ẽ dixi ut facias dixi tpũs ptm̃. Futuro ſuſpedit
cũ adhuc qm̃ fieri poſſet qđ iuſſi ĩcertũ ſit fiat necne. Item
ſubiũctiua uiciſſĩ ĩter ſe iũgũt̃ hoc pacto. ĩpfectũ ĩpfcõ ut
dicerẽ ſi ſcirẽ: pluſquãpfcm̃ pluſquãpfecto: ut dixiſſẽ ſi ſci-
uiſſẽ. Itẽ ĩpfcm̃ pluſquãpfcõ ſic dicerẽ ſi ſciſſẽ: & uerſauice
pluſpuãpfcm̃ ĩpfcõ: ſic ſcripſiſſẽ tibi ſi ſcirẽ. Et priore qdẽ
ſermone ſcriberẽ tibi ſi ſciſſem ſignificat fuiſſe ſe ſcripturũ
uel ſemel ſi ſæpius cognouiſſet: ſequenti ſcripſiſſem ti-
bi ſi ſcirem ſignificat ſcripturum ſe fuiſſe ſi uel ſemel
ſciret: ſi quid difficultatis in ſe haberet uidebitur res:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

non mihi imputabis.poterit tamen hoc qualiſcunq; ẽ præ
ſentia cõmuni corrigi.

Sermo latinus duobus modis intelligitur:aut p imperfectũ:
aut per futurum optatiuorum.Sic per futurum quotiens
aut inſtans:aut futurum finitiuorum præponitur uelut di
cam ut facias.quotiens autem perfectum:aut imperfectũ:
aut pluſquamperfectum per imperfectum uelut dicebam
ut faceres:dixi ut faceres:dixeram ut faceres:dicam ut faci-
as.Sin autem longus ſermo effertur adiuuationis cauſa re
cipitur futurum ſubiunctiuorum:& pluſquamperfectum
optatiuorum:ueluti dico ut facias & cum feceris mittas: ſi
dicerem faceres:ſi dixiſſem feciſſes:ſi dicerem faceres: dixe-
ram ut faceres:& cum feciſſes mitteres.

Supereſt ut de coniugationibus dicamus quæ cuiq; qualitati
iungatur.Cum iungitur modo finitiuis: modo ſubiuncti-
uis:ueluti cum dico:cum dicebam.Item cæteris finitiuis tẽ
poribus. Subiunctiuis quoq; ſic:cum dicam:cum dicerem
Item cæteris ſubiunctiuis temporibus. Sed intereſt utrum
finitiuis:an ſubiunctiuis iungatur.Finitiuis enim iungetur
quotiens ad tempus quo agebam refert̃: ueluti cũ dicã ue-
ni id eſt ipſo tẽpore quo declamabo:cum declamabam ue-
uiſſet id eſt ex tempore quo declamabam ueniſſet:& apud
Virgilium:Cum uenit aulæis iam ſe regina ſuperbis Cõpo
ſuit:id eſt tempore ipſo quo uenit.Et apud Ciceronem:Tã
tum profectũ cum a te conſulatum repuli id eſt ipſo tẽpor̃
quo repuli profeci.Sic quoq; modo finitiuo tẽpore futuro
couiungirur : ut apud Virgilium:Cum dabit ãplexus atq;
oſcula dulcia figet id eſt eo tempor̃ quo dabit amplexus &
figet oſcula.Sic & Cicero:At cum bello uaſtabitur Italia:ue
xabuntur urbes: tecta ardebunt: cum te non exiſtimas.Si-
gnificat,eĩm ipſo tempore inuidia ſe conflagraturum:quo
uaſtabitur Italia : & tecta ardebunt . hoc pacto iungitur
finitiuis . Subiunctiuis uero cum poſt factum aliquid p
fectum ſignificat : ueluti cum ueniſſet declamaui. Signi
ficat enim prius ueniſſe eum : & ſic cœpiſſe declamare:

ut apud Ciceronem:Cum ille homo audaciſſimus conſciẽ-
tia conuictus primo reticuiſſet poſtremo patefecit. Item ſi
modo finitiuis:modo ſubiunctiuis iungitur.Finitiuis ſic ſi
uenio ſi ueniebat.Item & cæteris finitiuis temporibus.Sub
iunctiuis uero ſic ſi ueniam:ſi uenirem:& cæteris item ſub
iunctiuis temporibus.ſed finitiuis iũgunt̃ hoc modo quo
tiens res facta ſignificatur ueluti apud Ciceronẽ ſi illuſtran
tur ſi errumpunt omnia.nec enim dubitat an illuſtrentur:
ſed quia illuſtrantur ſuadet ut mutet Catilina mentem . &
Virgilius:Si te facta uocant:ſic quoq; et perfectum iungit̃
ut apud Virgilium:Si potuit manes arceſcere coniugis or-
pheus.affirmat enim potuiſſe.

Item apud Ciceronem quid ſit hæc non dico maiora fuerunt
in Clodio q̃ in Milone.Subiunctiuis uero iungitur quoti-
ens cõditionalis & incertus eſt ſermo: ueluti ſi facias ſi face
res.Qui enim ſic loquitur non factum interim declarat dũ
iungitut finitiuis ueluti dum uenio: quotiens uero pro eo
quod eſt dũmodo ponetur ſubiunctiua recipit : ut apud
Virgilium dum conderet urbem id eſt dũmodo conderet:
dum etiam ſi alius ꝓfertur ſermo declinationis ad illum
reformat̃ ueluti petebas ut dum uenires facerem.ſic quoq;
recipit ſubiunctiua.donec iungitur ſubiunctiuis:ut donec
ueniam.

Item num ſi præpoſitum fuerit illi aliud uerbum finitiuum
recipit ſubiunctiua:ueluti Cicero:Interrogaui num dubita
ret eo ꝓficiſci ut ſit ſpecies relatiua. fere enim præpoſito
finitiuo uerbo parti oratõnis ſubiunctiuæ ſubiungitur ſpe
cies ſubiũctiua ueluti neſcio quid dixerit:quare uenerit:ne-
ſcio cur dixerit & cætera ſimiliter.Aliter uero ſubiunctiuis:
ut apud Ciceronem:Credo ego uos iudices mirari quid ſit
quod ego potiſſimum ſurrexerim:quãquam idem Cicero
in eodem aliter enuntiauit. Nõ eſt quod metuas Glaucia.
nõ te ſcrutor ſi quid forte ferri habuiſti:aliter uero finitiua
ut apud Terentiũ:Nũqd me tibi opus ẽ.Item quar̃ ueniſti
cur dixiſti: cur id feciſti:& ſimilia qa non præponit uerbũ.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Item q̄uis & licet recipit ſubiunctiua: ut quamuis uenires:
ut apud Virgilium: Quāuis elyſios miretur græcia campos
Item licet uenias. Item q̄q̄ finita recipit ſicut apud Virgili-
um. Quāquā animus meminiſſe horret. Itē dūmodo ſub-
iunctiua recipit ueluti dūmodo uenias. Item ut recipit fini
tiua acuto accentu elata. Effertur autem quotiēs pro eo ac-
cipitur quod eſt quomodo: ut apud Ciceronem: ut ſuſtinu
it: immo uero ut contempſit id eſt quomodo. quotiens ue-
ro pro eo quod eſt apud græcos ἵνα accipitur optatiuis iū
gitur ueluti ut faciam. Non nūquam tamē accētu acuto re
latum recipit ſubliunctiuum præpoſito ſane finitiuo more
quo ſupra relatam formam diximus: ut apud Virgiliū: In-
fandum regina iubes renouare dolorem: Troianas ut opes:
& lamentabile regnum Eruerint danai: id eſt quomodo eru
erint. Item utinam recipit optatiua ueluti utinam ueniam.
Item ne accuto accentu elatū recipit imparatiua ueluti ne
fac. Quotiens uero graui accentu pro eo quod eſt apud græ
cos μὴ accipitur optatiua recipit: ut apud Horatium ne
facias quod inuidus dixi mihi placet. Non nūquam etiā &
ſi acuto accentu efferetur optatiua recipit: ueluti ne uenias:
ne ſcribas. Sed īntereſt inter hoc & illud quod diximus ne fac
quo hic impamus ſupius ſuademus. Recipit quoq; idē ip-
ſum acuto accentu elatum finitiua quotiens Ironice accipi
mus pro eo quod eſt apud græcos καὶ facta affirmatione
quod eſt apud Ciceronem: Ne illi uehementer errant. Affir-
mat enim illos uehementer errare. Quotiens uero rei dubiæ
& quaſi conditionali aptatur recipit & ſubiunctiua eodem
accentu elatum: ut apud Ciceronem. Ne tu erici accuſator
eſſes ridiculus. Item poſtq̄ modo finitiua modo ſubiuncti
ua recipit. Finitiua ſic quotiens iūctum accipitur: ut ē apud
Virgilium: Poſtq̄ res Aſiæ Priamiq; euertere gentem īme-
ritā uiſū ſupis: id eſt poſtquā uiſum ſupis. Subiūctiua ue-
ro quotiēs ſecernit̄: ut poſtquā uiſū fuiſſet factum ē & ſi-
milia. Item antequam modo finitiuis modo ſubiuncti-
uis iungitur contra ac ſuperius iunctum ſubiunctiuis

ſic ueluti anteq̄ ueniſſes: diſiunctum finitiuis: ut apud Vir
gilium. Ante pudor q̄ te uiolem. Item niſi & ni. ſubiuncti-
ua recipit ueluti ni feciſſes: & ni feciſti: quanq̄ apud Cicero
nem non nunquam finitiuo iungitur: tunc maxime cū pa-
rum debuiſſet ſenſus ut apud eūdem niſi forte malis pate-
facere nobis prouintias quo exire poſſumus q̄ curare ut eti
am illi qui abſint habeant quo uictores reuertātur.

Relatiua ſpecies uerbi dicta uidetur cum ad eum ſermonem
ſequentia referuntur quo dependet ſequens. hanc ſpeciem
conſuetudine parum obſeruant multi imperitia lapſi cum
dicunt neſcio quid facis: neſcio quid feceris: quo more Cice
ro loquitur pro ſexto Roſcio. Credo ego uos iudices mirari
quid ſit ꝙ cum tot ſummi oratores homineſq; nobiliſſimi
ſedeant ego potiſſimum ſurrexerim: nō dixit credo uos mi-
rari quid ſit quod ſurrexi quod ē idiotiſmos. Figuratur au
tem huiuſmodi ſermo hoc pacto. Refert enim non modo
agnoſcere qualis ſit ſpecies: ſed annotare quomodo ſeruat̄
præpoſito ſermone interiecto pariter orationi quare: qdē:
cur: & ſimilibus: ſubiunctiua ſequitur ſpecies: ut apud Vir
gilium. Infandum regina iubes renouare dolorem. refertur
eruerint quod eſt iubes renouare: eodem pacto & ſimilia.

Species uerborum ſunt hæ relatiua: uſurpatiua: affirmatiua:
conceſſiua. de relatiua dixtmus.

Vſurpatiua ſpecies eſt huiuſmodi cum dicimus legendo pro
ficit id eſt dum legit: legendi cauſa uenit id eſt ut legat: legē
dum tibi eſt id eſt neceſſe eſt ut legas. His enim fere caſibus
uſurpantur dicta: quod uſu exerceri: quod hoc pacto eloq
demōſtrat. Deriuatur autem quaſi ex participio futuro paſ
ſiuo: ut licet uerbum non admittat paſſiuam declinationē:
nihilominus fere ex omni uerbo talis haberi dictio poteſt:
uelut natando exercetur ideſt dū natat: & natandi cā uenit:
id eſt ut natet: & natādū tibi ē id eſt oportet nates. Item cū
dicimus uapulando corrigitur: & uapulandi cauſa: & uapu
landum eſt tibi. nec tamen eſt nator aut uapulor. adeo non
eſt participialis iſte ſermo: ſed proprie ſermonis ſpecies.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Participia enim cum ſint talia recipiūt perſonā & numerū
in his legēdis ut ſpecies uſurpatiua īfinitiua eſt. Nihil eīm
hoc recipit cū dicimus legendo ego proficio in omni genere
Itē numero legendo ꝓficimus & ſimilia.

Affirmatiua autē ſpecies eſt huiuſmodi cum re dubia in qua
parum altercātibus aſſentimur ſpecie ſubiunctiua quaſi ſit
factum affirmamus cū dicimus fecerit: dixerit: ideſt crede
eum dixiſſe: aut feciſſe quod neq; dixerit neq; fecerit. Nam
ſi factū eſſe re uera animum inducimus finitiuo utimur ſer
mone ideſt fecit: dixit. hic ſermo confitentis eſt. ſuperior cū
dicimus fecerit: dixerit: legerit non confitentis legiſſe uel fe/
ciſſe: ſed affirmantis ꝗ etiam ſi fecerit: uel dixerit: uel lege/
rit: qđ nequaq̄ factū eſſe conſtet nihilominus nihil eē cō/
miſſum quale ē apud Ciceronē pro Milone: ſeruū etiam ut
corruperit Accius meus amicus ait non dixit ſeruū corrupit
neq; enim confitetur corrupiſſe: ſed affirmat etiā ſi corrupe
rit nihil criminoſe admiſiſſe Milonem. Et alibi idem in eo/
dē ſit ita factū: credite ita factum eſſe quod nō ſit. talis eſt
affirmatiua quæ altercationis tollēdæ gratia ſub ſimulatōe
confeſſionis inducitur. Conceſſiua præterea ſpecies eſt qua
tū demum utitur ſubinnctiuam inſerētes qualitatem cum
ſuadendo cuipiam ꝗ expediat non perſuademus & deſiſtē
tes dum nos uolumus crimine abſoluere cōtendimus arbi/
trio eius remittētes ꝗ pertendat facerē: ut cum loquimur ne
faciat: ſane ſuadentes illo pertendēte ut magis faciat: addi/
mus uideris feceris ideſt licet tu uideas: tu perſpicias qđ fa/
cias: hoc dicimus ſub ſpecie cōtendendi potius cunctantes.
Nā cū facere ex animo ſuademus non ita loquimur feceris
uideris: ſed facias: uideas exhortatiuo utentes ſermōe. Enū
tiatione igitur eadem affirmatiua & conceſſiua eſt ſpecies:
ſēſu uero differt: qm̄ quæ liqueāt nobis ñ eē affirmātes qua
ſi ſint fcā defēdimus. Itē quæ nequaq̄ uolumus fieri uerbo
uelut fiat cōcedimus: ut ꝑtinaciā cōtēdēdi euitemus.

Imperſonalis uerborum declinatio.

i mꝑſoālis uerboꝝ decliātio ꝑſonæ tertiæ formā habet quā
additis ꝓnominibus & ꝓ prima & ſecūda ꝑſonis uſurpāt:
quaſi pudet me: te: illum: & cū uentum ē ad numerū plura
lem: pronomina dūtaxat numero iūguntur plurali: cum di
cimus pudet nos: uos: illos. non nunquam & ipſa uerba im
perſonalia numero plurali iūgūtur: quotiēs cum dicimus
quæ uis uiron ſane intendunt quaſi poſſeſſiua ſignificātes
ut cū dicimus decet me penula. Itē decēt me penulæ & ſimi
lia quæ tali ſignificatione: & primā admittunt perſonā: cū
dicimus & ego te deceo: & tu me deces. quaſi per totā itaq;
declinationem imperſonalia ſūt: & quæ trina forma termi
nātur: & eſt prima quæ in. et. erit: ſecunda in. it. tertia ī. tur
& quæ in. et. exeūt duas formas habent. Quædam eīm ab ī
dicatiuo ueniūt: ut miſereor miſeret. alia a ſe deriuantur ut
pudet: tedet: decet: libet: licet. Itē quæ in. it. uniformiter ter
minātur quaſi contīgit: euenit. Identidem quæ ī. tur. exeūt
tam ex omni genere uerborū naſcuntur q̄ ab indicatiuo dū
taxat figura temporibus declinātur: ut lego legit̄: curro cur/
ritur: quæ a quibuſdam nominātur genera: ſed īter modos
uerborum placuit rectius ordinare: ſiquidem alia quæ ex ſe
oriūtur: nō nulli inter genera uerborum collocare uoluerūt
quorū declinatio ſicuti uerba cætera per omnes modos de/
currit. Hac itaq; ratōne imperſonalis modus cæterorū imꝑ
ſonalium genere ſæparatur. Huiuſmodi præterea uerba ca
ſibus accomodantur. hæc enim quæ in. et. terminantur mo
do datiuo: modo accuſatiuo caſui ſeruiunt: uelut libet mi/
hi: tibi: illi. decet me: te: illum: quæ in. it. exeunt datiuo ca/
ſui copulantur: ut contingit mihi: tibi: illi: quæ in. tur. exe/
unt datiuo & ablatiuo caſui copulantur: ut dicitur mihi: ti
bi: illi: ablatiuo: ut geritur a me: a te: ab illo.

Ex his quoq; quædā ſūt primi ordinis ut iuuat me: te: illū: re
ſtat mihi: tibi: illi. Itē alia ſūt ſecūdi ordīs ut decet me: te: il
lū: libet mihi: tibi illi. oportet: pœnitet: & pudet: & ſimilia.
Item tertii ordinis correpti: ut accidit mihi: cōtīgit mihi. Itē
tertii producti ut expedit & conuenit euenit mihi. Hæc eīm
primā & ſecundam perſonam non habent. per tertiam tres

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pſonæ addito pronoīe ſignificantur. Ex his præterea uerbis quædam licenter ueteres tēpora figurabant pfecta ex forma actiuæ declinationis more paſſiuæ declinationis uelut libet mihi libitū eſt mihi: placet mihi: placitū eſt mihi. ut apud Virgiliū: ſic diis placitum. Itē pudet puditnm eſt: miſeret miſertū eſt: ꝓ eo ſane quod ē libuit: placuit: puduit. Itē tedet me: unde Virgilius: Si nō pteſum thalami. Sed tātum hæc quidā pfecta ex forma paſſiuæ declinatōnis aliter figurado declinabāt: ut eſt pudetur: tedetur licetur: eorum prætentum pfectū puditum ē: licitū eſt. Nam puduit & licuit more actiuæ declinationis dicimus: teduit autem dicere nō poſſumus: ſed ne teſū eſt quidam tantūmodo pteſum cōpoſita figura dixerūt. ex his quoq; nō nulla imperſonalia ſub diuerſo ſenſu eadem impſonalia ſunt & cæteris ſimilia ut cum dicimus placet mihi: idem uidetur. Item placeo places placet: licet mihi ideſt poteſtatem habeo: & liceo lices dicimus cum ad preciū referrimus ideſt liceo denariis totidē: contingit mihi: contingit tibi quaſi uenit: ſed et contingo contingit dicimus. Item iuuat me te illū dicimus: quaſi iucundum eſt mihi: ſed a iuuo iuuas dicimus.

Impſonalium declinatio non facile admittit participia: & errant qui decens pudens participia opinantur eſſe cum ſint appellationes. Paſſiua uero imperſonalis declinatio huiuſmodi eſt & figuratur ex uerbis quæ abſolutiua ſunt ideſt neutralia quæ cæteras perſonas non admittunt paſſiuæ declinationis: quoniam ſunt neutralia: nihilominus tertiam pſonam admittunt paſſiuam & declinantur paſſiua declinatione more impſonali quaſi pugnatur a me a te ab illo. Itē certatur ſimiliter: ut pugnatur cominus armis: & certatur limine in ipſo. Itē deſcribitur a nobis: uiuitᷣ hoc pacto. Itur ī antiquam ſiluam qua ſpecie non qui facit: ſed quid fiat demonſtratur numerum pluralem ipſa declinatio admittere non poteſt. ut enim decent nos penule ſub actiua ſpecie impſonali dicimus euntur a nobts uiæ dici nō poteſt. ſed itur a nobis in uia: pugnatur a nobis in bello. Huiuſmodi autē neutralia accōmodantur loco: tempore: perſona: ut bene illo loco ſtudetur: bene illa hora ſtudetur. Sunt præterea uerba quæ cum ſint imperſonalia ab actiua declinatōne collata in perſonam patientis imperſonali more figurantur: ea ſunt quæ datiuo caſui cohærent uelut maledico tibi: īuideo tibi: conſulo tibi: obiicio tibi: prouideo tibi: noceo tibi. Hæc omnia in perſona patientis non recte dicimus maledicor a te: ſed maledicitur & inuidetur mihi a te. maledicitur tibi a me: obiicitur mihi: conſulitur mihi: prouidetur mihi: imperatur mihi. nocetur mihi cōmuniter a te & cætera ſimilia non enim dicimus noceor noceris. huiuſmodi enim uerba paſſiuam naturam non habent. Cæterum hoc modo tātū declinantur dum illud tantum ſciamus etiam īfinitis omnibus eandem utiq; paſſiuam ſignificatōnem: ut apud Ciceronem nihil mihi ab iſtis noceri poteſt. & apud Saluſtiū in iugurtha cum gallis de ſalute non de gloria certari: uerū hæc & ſimilia antiquitatis conſuetudine diuerſa reperiuntᷣ figurata declinatione. Apud quoſdam enim & per cæteros modos imperſonalium declinatio decurrit: & hac ratōne genus potius nō dum eſſe dixerunt. Nam cum ſit īdicatiuus curritur hot eſt omnes currunt facit imperatiuum curratur optatiuum curreretur: ſubiunctiuum cum curratur: infinitiuum curri: quam declinationem qui probauerit ſciet certari & noceri quoq; latinum eſſe Saluſtium & Tullium impſonalis modo īfinitiuū recte poſuiſſe. De his quæ apud uetetes diuerſa inueniuntur enuntiata declinatione.

Nūc demum operæ preciū eſt ueterum inuiſere & percurrere libros quo pfacile īnoteſcat per omniū līaꝝ fere cōcurriſſe licentiam: & perinde ut per alios mores itidem priſcæ: & ante aliū fuiſſe ſermonem annotamus: ut præclare dixit Terētius: nihil dictum quod non ſit dictum prius: ſed īiecit poſtera ætas manū & ueluti diſciplinā priſtini ſeculi: ita & ſermonē faſtidirᷣ cœpit: & noua uelut parturirᷣ uerba quæ iuuenū ritu ipſa mō florēt & uigēt: ut ait Horatius: Vt ſiluæ foliis primos mutātᷣ ī ānos: prima cadūt: ita uerborum uetus

interit ætas. Et iuuenũ ritu florẽt modo nata uigẽtq;. Exem
pli tamen gratia quædã cõmemorauimus quæ quibuſlibet
uti mores uetuſtatis utãť. Plura eĩm uerba quæ uulgo paſ
ſiuo more declinauimus apud ueteres diuerſa repiũť denũ
tiata declinatione fruſtro quod uulgo fruſtror ẽ id eſt deci
pio. Itẽ patio ꝓ patior: moro quod crebro moror dicimus.
Itẽ demolio: auxilio: populo: digno. Hæc & alia apud uete
res reperimus cõtra morẽ doctoꝝ poſita. Nũc dicet aliquis
quos ueteres hoc mõ loquẽtes fruſto: ut. C. Cæſar apud mi
lites de cõmodis eoꝝ non fruſtrabo uos milites. Item patio
Neuius in ꝓtecto: Populus patit inqt tu patias modo. Itẽ
Neuius in eodem: Quid moras: quid impas. Itẽ Pacuuius ĩ
Hermione paucis abſoluit ne moraret diutius. Ennius: An
aliquid quod dono illi morares: ſed accipite. Demolio Var
ro in poetico libro: Et tamẽ non demolio aſtra. Itẽ ĩ epiſtoli
carũ quæſtõnũ demoliuit tectũ. Item Neuius in corrolaria
hæc demolite inquit. Item auxilio. ut Graccus aduerſus fu
rium quibus ego primus cũ auxiliem: populo ait. Plautus
ĩ fœneratricio quæ ego populabo propere. Digno ut Pacu
uius in Hermonía cũ neq; aſpicere æquales dignarent eius.
me dies deficiet numerantẽ exempla. Sed hactenus hæc
quæ memoria ſuggere potuit: ne ĩmenſũ ſerpat commẽta
rius.

Articipiũ ẽ pars orationis dicta ꝙ duarũ partium
quæ ſunt eximiæ in toto ſermone uerbi & nomĩs
uim participet. Capit eĩm a nomĩe genus & caſũ
a uerbo aũt ſignificatõnẽ & q̃litatẽ & tẽpus: ab
utroq; numerũ & figurã. Significationes participioꝝ qnq;
ſũt queãdmodũ ĩ uerbo actiua: paſſiua: neutra: deponens:
coĩs. Actiua ẽ ut uocãs docens. Paſſiua ut uocatus doctus.
Neutra nt nauigãs: uolãs. Deponẽs: ut luctãs: ſequẽs. Coĩs
ut cõſolãs criminãs. Qualitas participioꝝ ſimilr̃ queãdmo
dũ ĩ uerbis ĩ q̃rtuor ſpecies diſtributa ẽ. Abſoluta: incohati
ua: frequentatiua: meditatiua. Abſoluta ẽ ut legẽs: docens.
Incohatiua: ut ferueſcẽs: luceſcẽs. Frequẽtatiua ut curſitans

quæritans Meditatiua ut eſuriens parturiens. Tempora par
ticipiorum ſunt tria: Præſens ut ſequens. Præteritum ut ſe
cutus. Futurũ ut ſecuturus. Genera & caſus ex nomine tra
cta facile noſcimus: numero quoq; & figura tam ex uerbo
q̃ ex nomine intelligi poteſt. Participia trahuntur a uerbo
actiuo duo præſentis temporis & futuri: ut docẽs & doctu
rus. A paſſiuo duo præteriti & futuri: ut doctus & docẽdus
A neutro duo præſentis temporis & futuri currẽs curſurus
Interdũ tria cũ declinatio paſſiua miſceť: ut gaudẽs: gaui
ſus. & gauiſurus. A deponẽti tria luctãs: luctatus & luctatu
rus. Interdũ quattuor: ut ſequẽs: ſecutus: & ſecuturus & ſe
quendus. A cõmuni ſemper quattuor ſecũdũ formã quidẽ
actiuã præſentis tẽporis & futuri: ut criminas criminaturus
ſecũdũ paſſiuã aũt formã præteriti & futuri ut criminatus
& criminãdus. Participia ĩ actiuis tẽporis præteriti ñ ſũt: ut
græce dicimus ὁτετυφώς Recipiuntur aũt in poſitõe paſ
ſiua ea quæ nõ habent paſſiuã declinationẽ ſicut apud ue
teres inueniũť. Iuratus nõ eĩm dicimus iuror. Similr̃ & prã
ſus: cœnatus: potus: quæ participia eſſe: aut uerboꝝ ſignifi
catio: aut figura non patiť. Minime eĩm a uerbis deriuanť:
& hæc dũtaxat repiũť in toto ſermone participia quaſi paſ
ſiua quæ originẽ nõ habẽt quale ẽ iurati iudices pronuntia
uerũt: Item apud Ciceronem cœnatus ſubitũ cum duobus
filiis. apud eundem: Pro Milone pranſi poti oſcitantes. ſed
neq; iuror neq; prandeor neq; cœnor dicitur. Apud Tur
pilium comedia nobilis: cuius titulus Demetrius legimus
iurata ſũ ꝑfecto finitiuo dictũ iuuenis ẽ qui cõſulit: mere
trix reſpõdit nõ ſum iurata pro eo ſane quod ẽ iuraſti nõ iu
raui. Sed hæc ĩ cæteris uerbis & participiis dici nõ poſſunt
Participia in paſſiuis præſentis tẽporis nõ ſunt. Abutũť au
tẽ ueteres actiuo pro paſſiuo ueluti: genibuſq; uolutãs hæ
rebat. deeſt enim ſe ut ſit κυλινδόμενος. Itẽ præcipitans
traxi mecũ deeſt me ut ſit præcipitans καταρριπτόμενος
Sunt quædã participia noĩbus ſimilia: quæ qm̃ uerbi originẽ
nõ habẽt ꝓpterea nõ ſunt participia ſed noĩa ut tunicatus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

galeatus.penulatus:togatus. Quædam participia & nomi-
na cõmuniter eſſe poſſunt:ut paſſus:uiſus:cultus: quæ ge
nitiuo caſu diſcernũtur: Nam ſi nomina fuerint genitiuũ
caſũ ĩ.us.lõgã ſyllabã mittũt ut huius paſſus:uiſus:cultus
Participia aũt in.I.mittũt:ut huius paſſi.uiſi:culti. Errant
longe qui opinãtur moribũdus:uitabũdus:furibũdus eſſe
participia. Sũt enim appellationes. moriturus uero eſt par
ticipium. Cæterum fere tantũ diſtat in hoc ſermone:q̃m cũ
dicimus moriturus & moribũdus licet mortẽ non ſit ſubi-
turus nihilominus ſimilis morituro:tale ẽ furibũdus ſimi-
lis furenti ſed ſine furore. Item cũ legimus apud Saluſtiũ
Vitabundus inquit per ſaltuoſa loca recedebat. Non utiq;
uitans ſed uitare ſimulans. Hæc plerunq; differũt. Partici-
pia etiam ſæpe temporibus deficiũt:ut furẽs:cœpturus:ſtu
dens:ratus:& cætera. Item obſeruãdũ eſt quod cũ uerbum
accedit ꝙ tantũ paſſiuam declinationem admittat partici-
pia recipit actiua & paſſiua quaſi hortor & cõſolor dicimus
ex eo hottatus & hortandus. Item hortans & hortaturus:
quãuis horto non dicimus. Si uero tale inciderit uerbũ qd
ſub paſſiua declinatõe patiendi uim parũ admittat futuꝝ
Participiũ declinationis paſſiuæ non fere admittit:ut qua-
ſi expergiſcor cũctor. expergiſcendus & cũctandus: ſermo
abſurdus uidet qa ſenſũ nõ admittit.

Duerbiũ eſt pars oratõis quæ adiecta uerbo eius
ſenſum implet atq; explanat ita. Nam cum dico
Palæmon docet nõ dũ habet ſuam uim ſatis pla
nã niſi adiecero male aut bene:& ideo aduerbiũ
appellat quia ſemp adiicit uerbo. Scaurus ita diffinit. Ad-
uerbiũ ẽ rei modus adiectõis ipſã pronũtiationẽ diffiniens
recte:diligẽter:optime. Aduerbiũ dicit ideo q̃m ad uerbi tẽ
dit in eadem ſnĩa cõſpirationẽ:ut recte dixiſti:diligẽter feci
ſti:optime legiſti. Aduerbio hæc iuncta ſũt diſcrimina ge-
neralia tria:forma:modus.finitio. Forma cõtinet aut ſim-
plicẽ:aut cõpoſitam. Modus cõtinet quantitatem:ut plus
minuſ ue. Finitio cõtinet ſũmam. Aduerbia aut ſuæ ſunt

poſitõnis:aut ab aliis partibus orationis trahunt. Per ſe na
ſcuntur:ut nup. Hæc quæ ab aliis transeũt uarias habẽt for
mas a proprio nomine dicuntur:ut Tullius Tulliane. Alia
a ꝓnomine:ut meatim:tuatim. Itẽ a uerbis:ut curſim. Itẽ
a nomine & uerbo:ut pedetẽtim. alia a participio:ut indul-
gens ĩdulgenter. Itẽ a nomine appellatiuo:ut docilis docili-
ter. alia a uocabulo:ut hoſtiũ hoſtiatim. Verũ ne has qdẽ
omnes uarietates pſequendas putarim. ſatis ẽ poſuiſſe ali-
quas p quas cæteræ colligãtur: Aduerbiis accidũt numerus
ut ſemel:bis:ter:quater:quinquies:deĩceps: primũ: iterũ:
rurſus. tertiũ dumtaxat. ſæpe:ſæpius:ſæpiſſime:milies:de
cies. Negatio:ut nõ neq̃quã. haud:parum:ſecus: minime.
Confirmatio:ut etiam:quid ni:nempe:quippe:ꝓfecto: ui
delicet plane. maxime:ſcilicet:licet:ilicet:nimirum. Demõ-
ſtratio:ut ecce:en illum:eccum:eccã:ſed hæc pronomina q
dam eſſe dixerunt. Optatio:ut utinã:o ſi qui. ſi ſi:æſtima-
tio:ut caro:uili. Ordinatio:ut prĩo. ſecũdo:deinde:deĩceps
tũc:ãte prius:deĩq;. Interrogatio:ut cur:q̃re:qd:ita:nempe
nõne:quãobrem:utrum. Similitudo:ut quaſi:ceu:itaq;:p
inde:acſic:prout:item:adeo:ueluti:tanquam. ſic:quemad
modum. Dubitatio an utrum:fors:forſitan. fortaſſis: for-
taſſe. Inuocatio. ut heus:eho. Reſponſio hei. Prohibitio ne
gatio:affirmatio:ut ne. Prohibẽdi mõ ne facias. Negandi:
modo ne id facias:ne affirmãdi modo:næ tu heri accuſator
ridiculus eſſes. Cõmunicatio ſiue congregatio:ut pariter:ſi
dus conſtat:quam noſtri compræhenſionem dicunt:Alteꝝ
ad officium artis grammaticæ refertur.hoc eſt pedes. ſiqui
dem aſſumpta pedum imagine omnis orationis clauſula
ſtruitur:quod genus hoc poſſis grammaticum Illud rheto
ricum magis dicere.Sed quia compoſitionis pars quam ad
artem grammaticam pertinere diximus pedibus cõſtat: ſta
tuendum eſt quo quéꝙ eorum nomine appellemus. uariis
enim uocabulis traduntur.Sunt enim quattuor e binis ſyl
labis:octo ternis:Spondeus lõgis duabus.Pyrrhichius qué
alii periambum uocant duabus breuibus.Iambus breui lõ
ga:huic contrarius eſt ex longa & breui Trocheus.In his ue
ro quæ ternas ſyllabas habẽt. Dactylus longa duabuſꝙ bre
uibus:huic temporibus par eſt ſed retroactus anapeſtus:
mediam inter longas breuem facit Amphimactus:ſed fre
quentius eius nomen é Creticus.longa inter breues Amphi
brachus:at cum duas longas præcedit breuis Bracchius. hu
ic aduerſus longis breuem præcedentibus : Palimbachius
erit.Tres breues quem Tribrachum uolunt dici:cui choreo
nomen imponunt.Tres longæ moloſſon efficient.Compo
nitur igitur & ſtruitur omnis pedeſtris oratio uerbis cõma
tibus colis periodis Comma inciſium:colon menbrum no
nominamus. periodo.plurima nomina dat Cicero ambitũ
circuitum:conprehenſionem:continuationem:circumſcrip
tionem.In uerbis obſeruandum eſt ne amaioribus ad mino
ra deſcẽdat honoremꝙ perdat oratio. Melius enim dicitur
uir eſt optimus:ꝗ uir optimus eſt: hoc multo magis ibi cu
ſtodiendum eſt ubi ſingula uerba ſenſus habent:cauẽdũꝙ
ne fortiori iungatur infirmus : Vt ſacrilego fur:homicidæ
Corruptor:nanꝙ ſenſus a paruo in maius debet inſurgere.
Fit & illa naturalis obſeruatio ne iunctura uerborum Cacẽ
phaton ſonet quale eſt & numerum cum nauibus æquet.
Illa quoꝙ compoſitio fugienda ut ſyllabæ duæ plures ue

priorem ſenſũ terminent.In prima poſterioris ſenſus parte
ponatur.O fortunatam natã me conſule Romã Sed in cõ
poſitione iuncturaꝙ uerboꝝ maius ſtudium maiorꝙ cura
eſt.Fit aũt ex coniugatione uerboꝝ comma: ex cõmatibus
colon:ex colis periodos.Cõma eſt ut mea fert opinio ſenſus
Coma
non expleto numero concluſus:plerũꝙ pars menbri : tale é
enim quo cicero utitur:Domus tibi deerat at habebas.pecu
nia ſuperabat:at egebas.Fit auté & ſingulis uerbis inciſum
diximus:teſtes dare uoluimus : inciſum eſt diximus.mem
brum aũt é ſenſus:ſed a toto corpore ab ruptus & per ſe ni
hil efficiens.O callidos homines perfectum eſt:ſed remotũ
a cæteris uim nõ habet: ut per ſe manus pes & caput & om
nia ex cogitanti.Quãdo igitur incipit corpus eſſe. conuenit
extrema concluſio:quenꝙ noſtrum fefellit ita nos eſſe fac
turos quam Cicero breuiſſimam putat . Itaꝙ fere inciſa &
membra multa ſunt & cõcluſionem utriꝙ deſyderant.alii
p Milone
ſic comma eſt iuncture finitio:Et ſi uereor iudices . Item al
teꝝ comma:ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipien
tem timere:Iam factum eſt colon ideſt membrum: quod ĩ
tellectui ſenſum præbet:deinde ſic ex plurimis ĩciſis mem
periodus
briſꝙ Fit periodos in extrema clauſula ueterem iudiciorum
morem requirunt:periodos aũt non longior eſſe debet ꝗ ut
uno ſpiritu proferatur : Modum eius Cicero quattuor ſe
nariis pedibus terminauit : non nulli uero duo geneta eius
eſſe dicunt.Vnum ſimplex cum ſenſus unus longiore am
bitu circumducitur.Alteꝝ quod conſtat ex menbris & inci
ſis:quod plures ſenſus habet.Aderat ianitor tarceris : carni
fex prætoris : ſed tamen ita fit aperta ut intelligi poſſit &
memoria contineri Iunctura autem aperte cõuenire & ſine
hiatu uerborum conſtrui debet:quod non aliter efficitur
quam ſi fuerit obſeruatum.Sed hæc obſeruatio duplex eſt
Altera quæ ad pedes refertur:Altera quæ ad comprehenſio
nes quæ ipſe efficiuntur ex pedibus . Item ne precedentis
uerbi extrema uocalis uocalem primam includat uerbi ſe
ſequentis: ut ſi dicas ære emit : illi incumbit: fere omnia &

ſimilia. Hac enim iunctura quæ ſtructior eſt pleniorq; fie-
ret. Si conſonantes uocalibus applicarentur: ære mereatur:
Illi totus incumbit: fere cætera. Magis auté ſtructura patet
cũ in ſe longæ uocales ĩcidunt ut Thebæ ægyptiæ: profugo
æneæ: ſed habent quendam canorem pronũtiationis quaſi
negligentem decorũ: longa magis cum breui iungitur. ære
emit: illi ĩcumbit: q̃ ſi duæ breues iunguntur ære exutus: ar-
ma abiecit. Plurimum. n. auctoritatis & ponderis habent lõ
gæ: celeritatis breues: quæ ſic miſcẽtur quibuſdã longis cur-
runt. Si cõminuantur exultant: alacres quæ exbreuibus ad
longas inſurgunt: læuioreſq; longis in breues deſcendunt:
optime incipit a longis: recte aliquando a breuibus. Vt no-
Quinto ligario
uum crimẽ. C. Cæſar: leuius a duabus Vt animaduerti Iudi
ces. Clauſula quoq; e longis firmiſſima eſt ſed uenit & ĩ bre
ues quamuis habeatur indifferens ultima neq; enim igno-
ro in fine pro longa accipi breuem quia uidetur aliquid ua-
cantis temporis ex eo quod inſequitur accedere. Fugienda
quoq; eſt & conſonans illæſa uocali. Bonum aurum iuſtũ
enim eſt & ſimilia quæ deformant orationis integritatem.
Item ex conſonantibus quæ in ſe incidentes ſtridere & qua-
ſi rixari uidentur. Fugienda iunctura eſt ut Sextus Roſius:
ars ſtudiorum: Rex Xerſes: error Romuli. Hæc de uer-
bis quorum exemplo iudiciũ etiã de cæteris uitiis quæ cauẽ-
da ſunt poterit fieri: Sic tamen ut hæc diligentia non anxie
ſit perſequenda: ne nos in uerbis magiſq̃ in rebus teneat oc
cupatos: potuiſq; eſt Vt ſe ultro offerat q̃ ſolicite referatur.
Cæterum in cõmatibus & in colis & in periodis inſtruendis
imponendiſq; prius ſenſibus tunc deinde ordo tribuẽdus:
ut nõ tamẽ decore ſed etiã uiribus ĩpleatur oratio Vt Cice-
In Antoniũ
ro in Antonium uomens fruſtrii exculentis colẽtis gremiũ
ſuum & totum tribuã. Item in Verrem cuius ut adoloſcen-
In Verrem.
tiæ maculas ignominiaſq; prætereã: Quæſtura primus gra-
dus honoris quicquã habet aliud in ſe niſi. Cn: Carbonem
ſpoliatum a queſtore ſuo pecunia publica nudatum inq̃ a
quæſtore & proditum cõſulem deſertum exercitum: relictã

prouinciam ſortis neceſſitatem religionemq; uiolatam hu-
ius periodi compoſitione decoratur Adeo ut ſiquis ſoluere
& commutare uoluerit pereat omnium rerum atq; uerboꝝ
& dignitas atq; poteſtas. Omnis autẽ ſtructura cõſtat ryth-
mis & pedibus & metris: Rythmi certa dimẽſione temporũ
terminantur & pro noſtro arbitrio nunc breuius arctari:
nunc longius prouehi poſſunt. pedes certis ſyllabarum tem
poribus inſiſtunt: nec a legitimo ſpatio unq̃ recedunt. Me
Metra
tra ſunt uerboꝝ ſpatia certis pedum tẽporibus alligata. Sed
neq; rythmis neq; metris oratorem uti decet: nec non dicere
ſed carmen canere uideatur. Ideo ſunt qui Ciceronem repre
hendunt qui principio dictionis metrum ſodaticum fecerit
Siquis ueſtrum iudices a ut eorum qui ad ſunt. Et ſi uere
or iudices animaduerti principia eſſe ſodatica. &. M. Piſonẽ
a trimetro cæpiſſe Proh dii immortales qui hic illuxit dies.
Item in actionis ſed libro primo ſenariũ eſſe uerſum. Illa
uero expugnatio phani antiquiſſimi. Saluſtium quoq; a
Saluſtius
principio Iugurthæ arythmo cepiſſe. uerum hoc totum ge
nus repræhenſionis eiuſmodi eſt ut calumniatores iſtos au
diamus conticeſcendum: quia nulla non pars orationis in
aliquam rythmi aut metri ſpeciem poteſt figurari. Item in
collocatione uerboꝝ aptiora & tam ordini q̃ uiribus congru
entia collocare ſic tamen ut potiora ſint utilia dure locata
compoſitis inutilibus quæ in omni parte orationis ea uerba
nectenda ſunt quæ ſtructuris quadrent Tunc præcipue in
In clauſulis dignitas
clauſulis dignitas ita ſeruanda eſt inquibus tam dicentis q̃
audientis ſenſus atq; intentio terminatur: dummodo prin
cipia leuius: narratio ſimplicius: argumenta ornatius: epilo
gi effuſius proferantur: ſed quia nõ omnibus ſed quibuſ-
dam pedibus ſiue congruentibus decenter ſtruitur oratio.
Sciendum eſt maxime pedibus ordinari clauſulas: quarum
tempora longiora ſunt. Sed meminerimus ita nos de lon
gis & breuibus temporibus locuturos ut natura tãtũ non
etiam poſitione longas aut breues ſyllabas iudicemus:
neq; enim de metro quæritur ut neceſſitas naturam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cogat mutari:ſed de proſa oratione tractatur:quæ tam ſolu
ta & libera eſt tanquam omnibus dicendi opibus inſtructa:
ut non ſeruire uerbis ſed imperare uideatur:hoc adeo uerũ
eſt ut in ſtructura ſimiliter currat iuſta reprehenſio quãuis
reprehenſio primam ſyllabam poſitione longam habeat
propter duas conſonantes quæ ſequntur. Videatur autem
primas duas ſyllabas breues habere. Itẽ omnia locuturus:&
omnia propinauit ſimili ſtructura ferunt: quia natura pa
ria ſũt:quanuis ſint poſitiõe diuerſa:Igitur ſpondeus e du
abus ſyllabis lõgis aptus ẽ clauſulæ uel clauſulis q̃ licet ma
xĩe Demoſtenes utit᷑. πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν
Habet enim graues ſonos finemq; ſenſus & clauſulæ firmã
ſedem cõſtituit. Vt rei publicæ cauſa arma ſumpſi:& etiam
pro nobis grauior eſt autem longa ſyllaba præcedente q̃
breui. Aliter enim ſonat arma ſumpſi:Aliter etiam pro no
bis:ſane ĩtereſt quis eum ãte pes ſedeat:Nam trocheus præ
currit arma ſumpſi Anapæſtus etiam pro nobis amat & da
ctylum præcedentem ut criminis cauſa ipſe ſibi Spondeus
male anteponitur. Troccheus quoq; in clauſula bene poni
tur:maxime ſi ſe ipſe precedat Vt acta res ẽ & iuſta cauſa:
& pyrrichius cape uota et creticus pro diris rebus: & amphi
brachus uenite mecum: niſi quod hæc clauſula in rythmũ
cadit & anapæſtus impetum facit. Sane quotiens una pars
orationis anapeſtum & trocheum receperit mollem & qua
ſi lubricã ſtructurã dabit Vt archipirata:et parricidarum:
quamuis enim idem pedes eandemq; tempora tamen Vbi
dubiæ ſunt partes orationis neſcio quomodo in utriuſq;
confinio retentus ſpiritus ac reſtitutus affert quandam cõ
poſitionis firmitatem at in una parte orationis ꝑperare uer
ba & continua ſpiritus celeritate labi uidentur:ſic fit ut tro
cheũ quoq; tametſi bene tribrachus antecedit ut refero cãm
facite nota: tamen in una parte orationis quæ totidem pe
dum:totidemq; ſit temporum mollior ac fluxior: ſtructu
ra dicatur: Vt facilitatis: agilitatis: temeritatis. Iambus
quoq; clauſulis aptus ſpondeo antecedente iuxta fide

Spondeus

et ſe ipſo præcurrente bonã fidem. Nũc triſyllabos pedes in
triſyllabis partibus orationis conſideremus. ſingulis enim
partibus oratiõis ſingulos pedes dabimus. Dactylus ẽ clau
ſula fortis eſt trochæo antecedente iure fecimus Pyrrhichio
etiã bene dicitur. ſpondeo cauſas audiat:Ciues dicimus: iuſ
te fecimus & trochæo uota fecerat:& iambo fide dicitur. Et
Tribrachus quoq; Dactylum bene præcedit:recole nomĩa.
Anapeſto repetes cætera. Vnde eſt gladiũ nobis ab ipſis por
rigi legibus:& palimbachius ſepone cætera: Et moloſſus
quærebant dicere. facit etiã Tribrachus ad clauſulã præcedẽ
te cretico itẽ epitrito tertio:ut ſidicas de cæteris agite:de præ
liis redeo:de litteris dubito. Cæterũ pedibus antepoſitis in
rythmum labitur. Amphibrachus quoq; recte ponetur in
clauſulã ſpondeo fere antecedente lubos habete:recte locu
tus:& trochæo iuſta querela. hĩc eſt illud Tullianum & pri
ſtinũ morẽ iudicioꝝ requirit:& neminẽ præponendũ mihi
eſſe actorem putauit:& in exiliũ eiiciebam quem ĩgreſſum
iam ĩ bellum uidebã:Item palimbachius trochæo præceden
te ut contra Cæſarem ẽ congreſſus armatus. Etiam Anapeſ
tus clauſulis conuenit: ſed mollis & fluens atq; in rythmi
modum profluens trochæo antepoſito Vbi erat imperii no
men & dignitas. Creticus enim paulo fortiorẽ facit ut nobi
les homines. Bacchius clauſulis aptior ſpondeo antecedẽte
cauſas agebas cæteris pedibus non fere conuenit. Palimba
chius ſtabiles clauſulas reddit ut Cicero in Catilinã Si iſti
us furorem ac tela uincemus: & nullum id rurſus impuni
tum. cretico ut uiciſſe:tanq̃ plurimos reperimus:& molloſ
ſo rure nutritos eſſe ſenatores. Iam enim de pedibus q̄ præ
ponẽdi ſunt parcius loquemur:& Amphybrachus primus
eadem refixi:cauſam probaui et pro Milone clamoreſq; ma
ximos ꝓ noſtra ſalute neglexi. Hæc de Triſyllabis. Cæterũ
quattuor ſyllabaꝝ non multi ad clauſulas apti ſũt ex qui
bus pauca referimus uideatur habeatur & ſimilia pedem
habent. Pæona tertium ex duabus breuibus & longa & bre
ui temporum quinq;: tamen quæ breuis ſyllaba fere

De triſyllabis pedib9

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

collocāda ē ut eſſe uideatur:facere uideatūr:fortis habeat̃.
Sic Tullius pro cluentio Quātū difficultatis & quantū ſit
habitura laboris:& in Catilinā:Cum omnibus potiuſq̄ ſo/
li pati uoluerunt. Struimus & ditrochæo dicere maluerūt.
auſus eſt confiteri: crimina detulerunt.et pæone tertio exer
citum compararunt:nūtio pertulerunt.Inde eſt pro ligario
aut leuiū græcoꝝ:aut immaniū barbarorum. Et pro Milo
ne pro ſalute bonoꝝ contra amentiam perditoꝝ.Ille quoq;
pes quem Antipaſtum uocāt ex breui & longis & duabus &
breui bene in clauſula ponitur ut uir optimus uideretur &
ſua manu ſororem interfectam eſſe fateret̃.Simile eſt Hor
tenſius perorauit.Et ille pes qui uocatur Ionicus maior ſtru
it clauſulam :conſtatq; ſyllabis longis duabus breuibuſq;
duabus curam ſolicitudinēq; deponite.Vnde eſt illud quo
rum igit̃ impunitas Cæſar tuæ clemētiæ laus eſt:eoꝝ te ad
crudelitatē acuit oratio.Sed & illa uerba quæ quīq; ſyllabis
cōſtant fluxiorem ſtructurā faciunt cōprehendētis arbitror
nō īueniretis:& magis ſi ſex ſyllabis habeant excogitaretis:
arbitraremini:interrogauerunt:deſyderauerunt:& ſimilia.
Hæc a nobis iccirco tractata ſūt ut oratoris plenā fluentēq;
libero impetu facultatē his ſemꝑ uinculis alligaremus. Nā
compoſitio uerboꝝ non ex anxio labore uenit:ſed uſu atq;
exercitatione perpetua quæ magis fluat de ea auribus iudice
tur:quæ uelut arbitræ cōpoſitionis eſſe debet ut quid ſtric/
tum:quid effuſū:quid gracile:quid ubertum:quid durum
quid effeminatū ſit exiſtiment plerunq; eſſet nimiæ artis o
pinio fugienda eſt:& īterponenda ſimplicitas rudis atq; im
peritæ dictionis nō propter hoc ſolū quod in oībus rebus
nimiū lenociniū odio dignū eſt:ſed ꝙ plerūq; acribus ſen/
ſibus maior eſt.Si naturaliter ꝓferatur:niſi forte.M.Tulli
us in ſtructura defecerit Cum de Appiana & Clodii cæde lo
queretur quæ cruentata antea cæde honeſti atq; inocentis
uiri ſilebatur Eadem nunc crebro uſurpatur:poſteaq̄ latro
nis & parricidæ ſanguine imbuta eſt . Ibidem dederas.n.
īqt q̄ cōtēneres populares īſidias ab adoloſcētia documēta
maxima.Nempe enim parricidæ ſanguine cruentata meli/
us ſtruebatur:Et maxima documenta melius ſonant. Sed
orator acerrimus uim ac uirtutem loquendi ſecutus cōtē/
pſit ornatū:deditq; auribus a continuo cultu quaſi reſpirā
di ſpatium:Et pro ligario ad ea arma profectus ſū quæ erāt
ſuſcepta contra te . Idem quid autem contra aliud egimus
niſi ut hoc quod hic poteſt nos poſſemus:̃ hæc omnia non
phaleris ſed uiribus ſtructa ſūt:nec ulla re Cicero glorioſior
eſt quā quod ad ſūmam artis iſtius laudē mira artis diſſi/
mulatione peruenit.

Tructuræ qualitates uariis uocabulis traduntur:Sta/
tuendum quoq; eſt quo quanq; eaꝝ nomine appelle
mus.Si penultimus fuerit pyrrhichius optime ſuccedit Pæ
on primus:& erit ſtructura quadrata.Si penultimus fuerit
ſpondeus & ſucceſſerit tribrachus uel pyrrhichius & pæo/
nes ſucceſſerint primus & nouiſſimus erit antiqua ſtructu
ra quæ dicit̃ confragroſa:qua uſus ē Cato:Si in penultimo
Tribrachus fuerit uel dactylus uel pyrrhichius uel tribra
chus uel moloſſus uel anapeſtus erit ſtructura quæ uel de/
lūbis uel mollis uel fluxa dicitur: qua uſus ē.M .Antonius
maior in libro quoq; ſecūdo q̄tum ad officium obſeruatio/
nis grammaticæ ſtructuræ orationis proſæ probabilem com
parationem ſpectat prudentiæ tuæ ſenſibus interim explā/
naſſe ſufficeret.In hoc uero tertio libro q ſūmā totius ope/
ris īplebit:metra quæ ſūt tortuoſis obſcuritatibus implica/
ta:ac multaꝝ quæſtionū numeroſa perplexitate diuerſa q/
bus pedū qualitatibus cōpoſitionis ue metricæ obſeruatio
nibus regnāt certis ratiōibus edocebo:quæ quidē oīa ſi quis
ꝓfundis ſēſibus ītimarit:& ſincera mētis ītenſione pſpexe
rit & cōparauit ſtudio diligētiaq; ſeruauerit nō tm̄ in agen
da uerſificatiōe pollebit:uerū eſſet de aliorum carminibus
quotiens libitū fuerit iuſtis ratiōibus & irrepræhēſibili trac
tatu ſētentia iudicabit.Nūc tertio quoq; libro qui ſūmam
totius operis implebit quid poetica & quibus officiis dige
ratur tractabimus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

OEtica eſt fictæ ueræq; narrationis cõgruẽti rythmo
uel pede compoſita metrica ſtructura ad utilitatẽ uo-
luptatemq; accõmodata . Diſtat aũt poetice.a.poemate &
poeſi quod poetice ars ipſa intelligitur. Poema autem pars
operis ut tragoedia:poeſis contextus & corpus totius operis
effecti. Vt Ilias:odyſſea: æneis.
Rythmus eſt pedũ tempoꝝq; iunctura cum leuitate ſiue mo
do:Alii ſic.Rythmus eſt uerſus imago modulata ſeruãs nu
merum ſyllabaꝝ poſitionem ſæpe ſublationenq; cõtinens.
Metrum eſt pedum iunctura numero modoq; finita. Vel ſic
Metrũ eſt cõpoſitio pedum ordĩe ſtatuto decurrẽs modos
poſitiones ſublationeſq; conſeruans.clarius ſic. Metrum ẽ
quod certis pedum quantitatibus qualitatibuſq; rythmis
diſcriminatur.Diſtat.n.metrum arythmo quod metrũ cer
ta qualitate ac numero ſyllabaꝝ tempoꝝq; finitur certiſq;
pedibus conſiſtit ac clauditur.rythmus autẽ tempoꝝ ac ſyl-
labaꝝ pedumq; cõgruentia ĩ infinitum multiplicat ac pro
fluit.Metrum tripliciter auditur.nã aut bioticon metrũ ẽ:
aut pœticon:aut cõe.Bioticon metrũ eſt quod in uſibus eſt
conuerſationis humãæ.Poeticon metrum eſt quod a pœtis
per uerba ac uerſus figuratur: quod & ipſum ĩtelligitur mo
dis quattuor .Primo ꝑ temporis ſpatium ut in ſyllaba bre-
ui aut longa:quoniã metron ideſt quod menſura temporis
certa corripitur aut producitur Secundo ꝑ numeꝝ ſyllaba-
rum poſitione quoq; metrum finitur:quo pes uel diſſylla-
bus uel triſſyllabus uel duplex mittit Tertio per qualitatẽ
pedum quia certis pedibus uerſibuſq; conficitur. Vnde dac
tylica ſpondaica ionica metra dicuntur.Quarto per nume-
rum pedum quia uerſus pro menſura ſua quiſq; pentame-
tri uel hexametri uel deinceps ĩtelliguntur.Cõmune quoq;
metrum ueluti muſicæ rationis ſiue diſciplinæ cuius ſpeci-
es bipartita tam ad menſuram ſupra memoratæ conuer
ſationis humanæ:quã ad poeticam tendit : exquibus al
tera duplici collatione colligitur : Ex hac enim tempo
ra & interualla trahit:his namq; in uſus humanos utimur:

altera ad officium memorati generis poematis refertur.Idẽ-
tidem & ex hoc dicit tenores & numeros ſonos ue quos græ
ci tythmos & phthongos uocant. Sicut ĩ canticis demõſtra
hoc ẽ melodiis ĩquibus quædã doria nõ nulla phrygia:alia
lydia μέλη repiuntur. Intelligit aũt alio modo metrũ cõe
non ex duobus modis.

Es ẽ ſublatitio ac poſitio duaꝝ aut trium ãpliuſue ſyl
labaꝝ ſpatio cõprehenſa.Pes eſt poeticæ dictionis du
arum ãpliuſue ſyllabaꝝ cũ certa tempoꝝ obſeruatione mo-
dos recipiens arſin & theſim:id eſt qui ĩcipit ablatione:fini
tur poſitione.Pes ergo tunc dicitur quãdo duæ ſũt ſyllabæ:
qm̃ arſin & theſim pedibus quærimus:non ubi duo tempo
ra ſunt:Ergo una longa pedem non ualebit efficere:quia ic-
tibus duobus arſis & theſis non gemello tempore ꝑquiren
da ẽ:accedũt aũt unicuiq; pedi arſis & theſis:numerus ſyl-
labaꝝ:tempus:reſolutio:figura:metrum.& Sunt pedes po
etici ſimplices.xii.ex quibus quattuor binis ſyllabis conſtãt
ternis octo duplices qui & compoſiti uel combĩati ſedecĩ:
Heteroplici pentaſyllabi.xxxii.ergo binaꝝ ſyllabaꝝ ſũt hi.
Primus pes dibrachus bibreuis:pyrrhichius uel periambus
uel ægæon græce dicit . Conſtat ex duabus breuibus tẽpoꝝ
duũ ut deus:ante enim breuiſq̃ longa ſyllaba reperta eſt:ut
prius unum q̃ duo.Ideo autem pyrrhichius dictus eſt:pro-
pter pyrrhicham quia breuem ſyllabã ꝓferẽtes ſpiritũ arcti
orem labris concurrẽtibus explicamus:quæ compoſitio hu
iuſcemodi modulationis pyrrhichiæ cõuenit : uel a pyrrho
achillis filio qui crebris & citis modulationibus bis breuiter
prominentem clipeũ genibus incũbens & per hunc terrorẽ
hoſtibus immittens inferebatur:ſicut uerſus ille oſtendit
ὑπασωίλι ωροβαίνον.Cũ ergo gradus uult breuiter acce
dentis oſtẽtare mobilẽ decurſionẽ pyrrhichio pede cõmen
tus ẽ & ideo metrum pyrrhichiũ a pyrrho repertũ & illuſtra
tũ Cognomĩauit.ſed ipſe a pedũ mobilitate quod tripudi
ans & cineſias etiã cognominatus: Fidẽ huius enarrationis
facit Ariſtophanes comicus : nomen eius iſtac dictans

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

characterem Achenchineam apud italos uero eius gradi-
uus abellonæ & ἀρεος ideſt ἐννοῦς filio: quem ea primo
pede in unum poetæ fingunt: quod eum a mõtium & diffi
cilia collium concitato curſu capræ more ſuperaret quotiẽs
prædatoria uice graſſaretur citi pedem hunc curſũ ſibi rep-
periſſe teſtificantur: quo noĩe ui breuem pedem nuncupãt.
Sunt qui pyrrhichium græca interpretatione cognomina-
uerunt quod calore uelocitatis tripudio mobilitatis apices
flamarum æmularentur. Huic contrarius eſt ſpondeus qui
conſtat ex duabus lõgis tempoꝝ quattuor ut heros: dictus
παρά τι ν σπονδην quia intẽplis quædam carmina cõpo
nebant ſcilicet libantes ſonum uocis abominoſe audire nõ
poſſint: Archadiæ princeps uenerat: ſors accipitur ab agri
colis hoc ſucceſſit: & hoc diuum ritu cumulis paribus a mu
ſicis Thure incenſis altaribus muſicos choros geminis greſ
ſibus explicaret & æquipedi ſono tibicen ſpondalium cane
re iuberet: ut duabus longis melodiis quaſi duplicibus & iu
gibus uocis proſpera deoꝝ uoluntas firmaretur. Numam
Pompilium diuinare præditum hũc pedem põtificium ap
pellaſſe memorant: cum ſalios iuniores æquis greſſibus cir
culanes inducere: Spondeo melo patrios placaret indigetes
ergo & dibrachus & ſpondeus tamẽ habet in arſi: quãtum ĩ
Theſi. Iambus qui conſtat ex breui & lõga ut dies uerſu ma
ledico habilis παρα τὸ ἰαμβίζειν nominatur. Huius autẽ
origo uerbi ex nomine Iambes famulæ celei nomĩatur: quæ
carerem filiam quærendo ad meganirã cõiugem celei delatã
cum uidiſſet ſolicitam male tractauit Quidam autẽ ferunt
Iambum quaſi triãbum atriũphatore libero cognominatũ
ſed alii a marte ortum. Iambum ſtrenniuo duce tradũt: qui
cum crebiter pugnas iiret: & telum cum clamore torqueret
παρά τὸ ιον βάλλειν Iambus appellatur. Iccirco & breui
& longa pedem hunc eſſe compoſitũ: quod ii qui iaculent
& breui acceſſu inextenſum paſſum proferuntur: ut fortio
re nixu telis ictũ cõfirment. auctor huius librationis agreti
nus græcus his uerſibus perhibetur Διίαμβος ἐξ ὀλίγου

Διαβὰς προφερω.

Igitur hunc pedem uel imbicum greſſum priſci Apuli Dau-
niũ a duce ſuo Daunio prodiderũt: ꝙ is primus aduerſus
acrem Diomedis pugnam bellum aſperum iniſſet gladiali
pugna duos dimicare ĩſtituit & collato pede aſſequete pau-
latim dextero diſtẽtoq; & progrediẽte leuo & breui ſucceſ-
ſu & lõgo diſtẽtu gradus ſimul & uiſus firmaretur: nnde
nõ ĩmerito melon hunc iambicũ gradalem quidam nomi-
nant. gradiuoq; marti augurant: ꝙ gradariæ pugnæ huius
effectu moueãtur. Huic cõtrarius ẽ trocheus quem conon
appellãt: cõſtat ex longa & breui: temporum triũ ut roma:
dictus.

Quippe eius modulationem poematũ ſiue metrorum com-
poſitioni accõmodatam rotatim & uolubiliter dicebãt tro
chæum a Mercurio repertum ſatis cõſtat: ꝙ ĩ his precipitẽ
feſtinatione & impetu longo ĩ breuem greſſum finiri oſten
deret. Vnde pleriq; græcoꝝ ex longa & breui eum pedẽ cõ-
poſuerunt παρά το τρεχειν & dicurſu trocheum frequẽ
tauerũt: ac muſici uiri ociori melo intuenti ex rotæ ſitu et
uolubili mõ rythmũ eius et tonum deſignant: quia decur
ſionibus aptum indicant ꝙ hii qui in bello laborant quoti
ens amiſſos ordines reparãt ex longo et diſperſo ambitu ĩ
breuẽ & arctum orbem coguntur rotæ ſcilicet ſimilitudine
euertilantis: cuius ſatis latus ac breuiatus cãtus radiatus lu
minibus ĩ anguſtũ modioli circulum cohibetur. Aiũt hũc
trocheum aurũcos rutilum nũcupauiſſe nimiũ ſimili ratio
ne: quia græcia toti nuntiandi uel diuerſa appellatione per
ſuaſi: quod cũ aciem cũſtituerent prolatis pedibus ueſtigia
ſiſterent: ſcuta brachiis protẽderẽt: breu iterq; dextris ſucce
dentibus pedibus: ueſtigia ſiſterent: & reductis manibus ĩ
genti clamore qui uibrauerant tela iaciebant quæ res huic
melo ĩ genitiuũ nomen acquiſiuit. Ternaꝝ ſyllabarum ſũt
hii dactylus quem greci politicon appellant. cõſtat ex prĩa
longa & duabus breuibus: temporum quattuor: ut Romu
lus: a tractu digitorũ dictum: quem ad exprimẽdã organi

modulationem fali ermiæ affectabāt; uel ab ideis dactilis
quos curetas ſiue corybantes poetæ appellabāt. Hii nāq; in
īſula creta Iouem cuſtodiēdo ne uagitu ſe paruulus prode
ret luſus ex cogitato genere clipeolis æneis intra ſe concurrē
tes tinitu æris niſi rithmica etiam pedis dactyli cōpoſitione
celauere uocē infantis. Sed natiuitatis eoꝝ cām uetuſta fa-
buloſitas docet: hanc fuiſſe aiunt opem ī Idam mōtē inſu-
læ Crætæ fugiēdo delatam manus ſuas impoſuiſſe mēora
to monti: & ſic īfantē ipſum edidiſſe: & ex manuū mipreſ
ſione emerſiſſe curetas; ſiue corybātas: quod a montis noīe
& a qualitate facti idæos dactylos appellaret. Hos qdā tres
putant qui lares eſſe creduntur. Damimamētinus; Aſteus:
Pyrrichius dicti α ϖο τω̃ν κόρων ideſt a formoſis ocu
lis quæ coræ uocātur. i. pupillæ uel a cono galeæ. Huic con-
trarius eſt anapeſtus: quē antidactylum græci nominant.
Cōſtat ex duabus breuibus & lōga et tēpoꝝ totidem: ut ne
bulæ: dictus ϖαρὰ τὸ αναϖάιειν. i. ϖαρὰ τὸ αναϖαλι̃ν
αντικρόυειν ϖρος τον δακτυλον quia recurrendo repcu
tiens dactylū ſono reciproco obliquitur et p antiſtrophen.
Tribrachus tribreuis tanq̄ taſius: quidā brachiſyllabum: alii
trocheon: non nulli pigmona: pleriq; choreum nominant:
conſtat ex tribus breuibus ex quibus nomen accepit: ut he-
lena: choreus aūt ideo dictus: quia choreis huius cōpoſitio
cōuenit. Huic cōtrarius eſt moloſſus uertunnus extenſipes
quem alii hippium uel caniū dicunt: conſtat ex tribus lon-
gis tempoꝝ ſex: ut æneas. ideo moloſſus dictus quia moloſ
ſi. i. theſali ad bellum procedētes huius modulata compoſi
tione utebantur. Hippius uero equeſtri ſcilicet pugnæ con
ueniēs modulabatur. Amphibracus Ianus amphi breuis q
& ſcolius conſtat ex breui & longa & breui quattuor tēpoꝝ
ut carina: dictus aūt a duabus breuibus a quibus ex utraq;
parte media longa cōtinetur. Scoliuſq; ideo: quia habiliter
componit᷑ ſcolio: ē aūt cytharæ ſpecies. Huic mēſalis cōtra
rius ē amphimacrus feſcentinus amphimaros: quem alii
creticum appellant conſtat ex longa & breui & lōga tēporū

quinq;: ut demophon dictus a duabus longis a qbus utrin
q; breuis media amplectitur: Creticus quoq; quia cretes ſa-
lutādo eius rithmica cōpoſitione utebant᷑. Bacchius œno-
trius tripodias ſalutem: quam græci pyābum dicūt: cōſtat
ex breui & duabus longis tempoꝝ quīq;: ut agenor: athenæ
dictus: ϖαρὰ τη̃ς βάκχης qui a bacchātibus conueniēter
componebatur. Huic cōtrarius ē palimbachius latius q &
ſaturnius ultima breuis quē quidem propōpicon alii theſe
leon uocant: cōſtat ex duabus longis & breui temporū toti
dē ut natura: dictus palībacchius q uia cōtrarius ē bacchio
apud græcos eīm ϖάλιν cōtrariū ſignificat ideo ϖαλίν
τονα τόξα cornibus īter ſe cōtrariis ex his omnibus inter ſe
mixtis: alii deinceps pedes complures συζυγίαι ue na-
ſcuntur Nam quēadmodū pedes diſſyllabi quattuor gemi
nati ſedecim duplices fiunt: quas græci ſyzygias uocant: ita
iidem cum triſyllabis iuncti trigītaduos de ſe reddunt. Tri
ſyllabi uero cū triſyllabis geīatis. lxiiii. colligūt᷑: atq; excep
to amphibraco & epitrico: quorū alterum tripla: alterū epi
trita diuiſione partimur uniuerſorū pedum trina conditio
reperitur. In aliis uero dupla: in aliis ſexcupla: in aliis æqua
diuiſio eſt. Prima dactylica: Secūda iambica: Tertia pæoni
ca nominatur. Eſt itaq; æqua pedis diuiſio quotiens ſubla
tio pedis temporibus poſitioni par ē: ut eſt ī dactylo & ana
pæſto. Item ſpondeo & pyrrhichio. Horū eīm arſis tantū ī
ſe habet quātum & theſis. dupla uero eſt quotiēs pedis ſub
latio temporibus impar ē poſitioni: ut ē in iābo & trocheo
& duobus ionicis. Iambi enim arſis unum tēpus tantū ī ſe
habet: & eius theſis duo: quæ trochei uerſa uice arſis duo
habet & theſis unū. Sexcupla quoq; intelligit᷑: ut ē in pæo-
nibus & ī duobus bacchio & cretico. Hi enī pedes qui tēpo-
ribus quinq; pares ſunt per bina tempora diuidūtur. Iden-
tidem bina adiecta ſcilicet duum dimidia parte terna de ſe
reddūt: per quæ ſexcupla colligitur. Pedes duplices ſiue cō-
binati uel quadrati ſūt ſedecim hi: Proceleuſmaticus ex du
obus pyrrhichiis quattuor breuiū ſyllabarum totidē tēpoꝝ

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

ut ualeria. Huic cõtrarius ẽ diſp õdeus ex duobus ſpondeis
ſyllabarũ quattuor longarum tempoꝝ octo. ut mœcenates
ſipheãtes: oratores. Paeon primus ex trocheo & pyrrhichio
& iambo hoc eſt ex longa & tribus breuibus: ut emodochus
ſtheſichorus. Huic cõtrarius ẽ hippius: primus pæon ſecũ-
dus ex iambo & pyrrhichio hoc ẽ breui & lõga & duabus bre
uibus tempoꝝ qnqꝫ ut colonia. huic cõtrarius ẽ hippius ſe
cundus: pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo hoc ẽ ex du-
abus breuibus & lõga & breui tẽporum quinqꝫ: ut catami-
tus. Huic cõtrarius eſt hippius tertius: pæon q̃rtus ex pyr-
rhichio & iambo hoc ẽ ex tribus breuibus & longa tempoꝝ
quinqꝫ: ut celeritas: facilitas. Huic cõtrarius ẽ hippius quar
tus & ẽ hippius ſiue epitritus primus ex iambo & ſpondeo
hoc ẽ ex breui & tribus lõgis tempoꝝ. vii.: ut capenates. ſed
hippius ſiue epitritus ſecundus ex trocheo & ſpõdeo: hoc ẽ
ex lõga & breui & duabus longis temporum ſeptem: ut con
ditores. Hippius ſiue epitritus tertius ex ſpõdeo & trocheo
hoc ẽ ex tribus lõgis & breui temporum ſeptem: ut diſcor-
diæ heroici. Hippius ſiue epitritus quartus ex ſpõdeo & tro
cheo hoc eſt ex tribus longis & breui temporum. vii. ut linu
tamus. Ionicus ἀπὸ μείζονος ex ſpondeo & pyrrhi-
chio hoc eſt ex duabus lõgis & duabus breuibus temporũ
ſex: ut demetrius. Huic cõtrarius eſt Ionicus ἀπ᾽ ἐλάσσω
νος qui conſtat ex pyrrhichio & ſpõdeo hoc eſt ex duabus
breuibns & duabus lõgis temporum ſex: ut diomedes lace-
dæmon. Diiambus ex breui & longa & breui & lõga tempo
rum ſex: ut cleonides: propĩquitas: qui pes dactylus a iãbo
appellat᷑. Huic cõtrarius ẽ ditrocheus ex longa & breui & lõ
ga & breui tempoꝝ ſex: ut cantilena: dimicar̃: qui pes catha
trocheus dicitur. Antipaſtus ex iambo & trochæo hoc eſt ex
breui & duabus longis & breui tempoꝝ ſex: ut medulĩa: ſa
loninus. Huic cõtrarius ẽ choriãbus ex trochæo & iãbo hoc
ẽ ex lõga & duabus breuibus & lõga: tempoꝝ ſex: ut nobili-
tas: armipotẽs. hoc oẽs cũ de metri tractatu aliqd legimus
diligẽtius cõſiderar̃ & ĩ memoriã haber̃ debemus: ut ſinguli

quiqꝫ uerſus quibus pedibus conſtẽt ſcire poſſumus. Pedes
eteroploci pentaſſyllabi ſunt nuẽro. xxx. & duo hi Orthius
ex breuibus quinqꝫ & totidem tempoꝝ. Periambus ex lõga
& breuibus quattuor temporum ſex. Parapienos ex lõga &
breui & tribus breuibus temporum ſex. Meſomacros ex tri
bus breuibus & lõga & breui tempoꝝ ſex. Pyrrhichianapæ
ſtus ex breuibus quattuor & lõga temporũ ſex. Probrachis
ex breui & longis quattuor temporũ nouem. Hypobrachys
ex longa & breui & tribus longis temporũ nouem. Meſſo-
brachys ex duabus longis & breui & duabus longis tempoꝝ
nouem. Moloſſiambos ex tribus longis ex breui & longa tẽ
porum nouem. Calotibos ex quattuor longis & breui tẽpo-
rum nouem. Diphyes ex duabus breuibus & tribus longis
tempoꝝ octo. Orthius ex lo[illegible]a & duabus breuibus & lõgis
duabus tempoꝝ octo. Amebæos ex duabus longis & totidẽ
breuibus & lõga temporum octo. Moloſſopyrrhicos ex tri-
bus longis & duabus breuibus tẽporum octo. Symplectos
ex duabus lõgis & tribus breuibus & tempoꝝ ſeptem. Mu-
ſicos ex duabus lõgis & totidem breuibus & longa tempoꝝ
octo. Daſios ex tribus breuibus & duabus longis temporũ
ſeptem. Dochimos ex duabus breuibus & longa & breui &
lõga temporũ ſeptem. Pariambodes ex breui & longa & bre
ui ex duabus longis tẽporum octo. Doriſcos ex longa & du
abus breuibus & lõga & breui temporum ſeptem. Cyprios
ex breui & lõga & duabus breuibus & longa tempoꝝ ſeptẽ.
Anticyprios ex lõga & breui & duabus lõgis & breui rempo
rũ octo. Bacchiochorios ex duabus lõgis & breui & longa &
breui tempoꝝ octo. Dochemios per συζυγίαν . Amti
ſtrophos ex breui & tribus longis & breui temporum octo.
Moloſſoſpõdeus ex lõgis quinqꝫ tẽporũ. x. Hactenus ori
ginem & hiſtoriã generalium pedum expoſuimus. poema-
tum genera metrorũqꝫ tractatus oſtẽdere tẽpus eſt.

Oematis genera ſũt tría. aut enĩ actiuũ ẽ uel imitatiuũ
qd᷑ græci δραματικὸν uel μιμητικὸν aut enarratiuũ
uel enũtiatiuũ qd᷑ græci ἐξηγητικὸν uel ἀπολογητικὸν

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dicunt:aut cõe uel mixtum quod græci κοινόν uel μικτόν
appellãt. Dramaticon uel actuum eſt in quo perſonæ agũt
ſolæ ſine ulla poetæ inrerlocutione ut ſe habent tragicæ uel
comicæ fabulæ: quo gener̃ ſcripta eſt bucolicon ea cuius ini
tium eſt. Quo te mœri pedes. Exegeticon eſt uel enarratiuũ
in quo poeta ipſe loquitur ſine perſonæ ullius interlocutio
ne. ut ſe habent tres georgicæ & prima pars quarti: Item lu
cretica carmina & cætera his ſimilia κοινόν uel cõmune eſt
in quo poeta ipſe loquitur & perſonæ loquentes introdu-
cuntur: ut eſt ſcripta Ilias uel odyſea tota Homeri: uel acti
ui & exegetici: uel enarratiui.

Oematos dramatici uel actiui genera ſunt q̃tuor apud
græcos: tragica: comica: ſatyrica: inimeca: apud Roma
nos prætextata: tabernaria: atellana. Planipes Exegetici uel
enarratiui ſpecies ſunt tres: angeltice: hiſtorice: didaſcalice.
Angeltice eſt qua ſententiæ ſcribuntur: ut eſt Theognidis li
ber. Item hiſtoricæ qua narrationes & genealogiæ cõponũt
ut eſt Heſiodi theogonia: & ſimilia. Didaſcalice eſt qua cõ
prehẽditur philoſophia: ut libri Varronis: Empedoclis: Lu
cretii. Item aſtrologia: ut φαινόμενα Arati & Cicero-
nis: & georgice Virgilii: & his ſimilia. κοινοῦ uel cõmu
nis poematis ſpecies prima ẽ heroica: ut iliados & æneidos.
Secunda lyrica: ut eſt archilochi & Horatii poematos. Cha
racteres ſunt quattuor epos dicitur græce carmẽ exametron
diuinarum rarũ & heroicarum: humanarũq; compreheſio
qđ a græcis ita diffinitũ ẽ ἐμπεριοχὴ θείων καὶ ἡρωικῶν
καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων latĩe paulo cõmuius carm̃
audit. Epos latine primus digne ſcripſit Liuius is q romão
rum geſta decem & octo cõplexus ẽ libris qui & annales ſcri
buntur: ꝙ fere ſingulorum annorũ actus contineant: ſicut pu
ta annales quos põtifices ſcribæq; cõficiũt de romanis qdẽ
romnorum res geſtas declarãt. Epos aũt appellat ut græcis
placet παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω ꝓprie. n. epos ẽ ἔμμετρος λ
όγος uel ἀκλουθῶ præcipue uero hexametet uerſus epos di
tit qm̃ hoc uerſu uerba rñdẽt mutuo ut ſic dixeri. Poeãtos

characteres ſũt hi βραχύς μακρός μέσος ἀνθηρός. Ma-
cros eſt ut apud Virgilium ĩ decimo de Camilla facit narra
tionem ſic: Pulſus ob inuidiam regno uireſq; ſuperbas: aut
ut ſe habent ſecundi & tertii libri. Brachys eſt ut in quinto
ubi de Ganymede ſtrictim narrat ſic: Victori chlamydẽ au-
ratã quam plurima circũ Purpura mœnãdro duplici mæ-
libœa cucurrit: Intextuſq; puer frõdoſa regius ida: Veloces
iaculo ceruos. Meſſos eſt ut ĩ primo: Huic coniunx ſicheus
erat. Eſt enim caſtigata narratio: ſic tamen: ut omnia cõple
xa ſit ἀνθηρός ut in. vii. ubi amœnitatẽ luci ac flumi-
nis deſcribendo facit narrationem ſic: Hunc inter fluuio ti-
berinus amœno Vorticibus rapidis & multa flauus arena
In mare prorumpit: uariæ circũq; ſupraq; Aſſuetæ ripis uo
lucres & fluminis alueo. Conſequẽtiam primus deus uates
comprehendit: unde poſtea abuſiue uerbum & ſolutæ ora-
tionis ipſa ſcriptura conſequens ab aliis epos dictũ. Rha-
pſodia dicitur ποιήσεως aliqua particula diſcreta atq;
diuulſa dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν ꝙ uerſus in unum uo
lumen uelut cõſuantur & comprehendantur: uel ꝙ olĩ par
tes homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo
id eſt uirga pronũtiabant: qui ab eodem Homero dicti ſũt
homeriſtæ.

Elegia eſt carmen compoſitũ hexametro uerſu pentametroq;
ad inuicem poſitis: ut Diuitias alius fuluo ſibi congerat au-
ro: Et teneat culti iugera magna ſoli. quod genus carminis
præcipue ſcripſerunt apud romanos Proptius & Tibullus
& Gallus imitati græcos Callimachum & Euphorionẽ. Ele-
gia autẽ dicta ſiue παρὰ τὸ ἐνλέγειν τοὺς τεθνεῶτας (Fe-
re enim defunctorũ laudes hoc carmine cõprehendebãt) ſi
ue ἀπὸ τοῦ ἐλέυ. id eſt miſeratiõe: ꝙ tyrenus græciq; ἐλε
γεῖας iſto metro ſcriptitauerũt: cui opinioni conſentire
uidetur Horatius ad Albium Tibullum elegiarum auctorẽ
ſcribens ab ea qua diximus miſeratione elegos miſerabiles
dicit hoc mõ: Neu miſerabiles decantes elegos. Apud Ro-
manos autem id carmen quod cum lamentatione extremũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

atq; ultimum mortuo accanitur uenia dicitur ϖαρὰτὸ
νήτον τὸ ἔσχατον & in chordis extreũs neruus appella-
tus ẽ nete & elegia uidet̃ tractum cognominari ꝙ mortuis
uel morituris aſcribitur nouiſſimum. Iambicum eſt carmẽ
maledicum plerunq; trimetro uerſu & epodo ſequente cõ-
poſitum: ut male ſoluta nauis exit alite ferens olentem me-
uium. Appellatum eſt ϖαρὰ τὸ ἰάμβίζειν quod eſt male-
dicetur: cuius carminis præcipui ſcriptores apud græcos Ar
chilochus & Hipponax: apud romãos Lucilius & Catullus
& Horatius bibaculus. Epodos dicuntur uerſus quolibet
metro ſcripti & ſequentis clauſulas habentes particularũ
quales ſunt epodos horatii: in quibus ſingulis uerſibus ſin
gulæ clauſulæ adiiciuntur ut: Nox erat: & cælo lucebat lu-
na ſereno. deinde: Suis & ipſa Roma uiribus ruit: & q̃cũq;
ſunt ſimiles. Dicti autem epodos συνεκδοχικῶς a parti-
bus uerſuum quæ legitimis & ĩtegris uerſibus ἐϖᾴδονται
.i. accinũtur. Satyra eſt carmẽ apud romanos: nũc quidem
apud græcos maledicum: & ad carpenda hominum uitia ar
geæ comœdiæ charactere compoſitum: quales ſcripſerunt
Lucilius: & Horatius: & Perſius: & olim carmẽ quod ex ua
riis poematibus conſtabat ſatyra uocabatur: quales ſcripſe-
runt Pacuuius & Ennius. Satyra autem dicta ſiue a ſatyris
ꝙ ſimiliter in hoc carmine ridiculæ res pudendæq; dicũtur
quæ uelut a ſatyris proferuntur: & fiunt ſiue a ſatyra lance
quæ referta uariis multiſq; primitiis in ſacris piſcordis
inferebatur: & a copia & ſaturitate rei ſatyra uocabatur: cu-
ius generis lancium & Virgilius ĩ georgicis meminit cũ hoc
modo dicit: Lancibus & pandis fumantia reddimus exta: &
Lanceſq; & liba feremus: ſiue a quoddam gener̃ farciminis
quod multis rebus refertum ſatyram Varro uocitat. Eſt au
tem hoc poſitum ĩ ſecundo libro plautinarum quæſtionũ.
Satyra eſt ubi paſſa & polenta & nuclei pini ex mulſo con-
ſparſi: Ad hæc alii addunt & de malo punico grana. alii aũt
dictam putant a lege ſatyra quæ uno rogatu multa ſimul

comprehendat: ꝙ ſcilicet & ſatyra carmina multa ſimul po
emata comprehenduntur: cuius legis Lucilius meminit in
primo per ſatyram ædilem factum qui legibus ſoluat: & Sa
luſtius in Iugurtha deinde quaſi per ſatyram ſentẽtiis exq
ſitis ĩ deditionem accipitur.

Bucolica dicuntur poemata carmine paſtorali compoſita. In
ſtituta autem ſunt ſicut quidam putant in Laconia: uel ut
alii in Sicilia. Nam inter lacedæmonios & ſiculos uaria fu
it conditio: ſed quid hoc ad laconas pertinet? Hæc eorum
fuit origo: quo tempore aduentante Xerſe in græciam om
nes deſerta laconia metu barbarorum perterriti in diuerſas
partes fugiſſe creduntur: & cum uirgines timore laterent
ex hoc eueniſſe ut eo die quo ſolitus erat chorus uirginum
dianæ curiatidi hymnum canere nemo ad ſolenne ſacrum
inueniretur. Tunc itaq; paſtores ex rure in urbem conue-
nerunt: & ne ritus ſacrorum interrumperetur paſtorali car
mine compoſito deæ honorem celebrauerunt: unde etiam
bucoliſmus dictus. A ſiculis autem origo quæ trahitur hæc
eſt. Anteq̃ Hiero Rex ſyracuſas expugnaret morbo ſicilia
laborabat: uariis & aſſiduis cerimoniis Dianam placantes
finem malis inuenerunt: eandem Lyen cognominauerunt
quaſi ſolutricem malorum: inde res in conſuetudinem tra-
cta eſt ut greges ruſticorũ theatrum ingrederentur & uicto-
riam canerent. habitus uero huiuſmodi uidebatur. Erat pa
nis magnus omnium ferarũ imagine complexus: & cum ui
no & foliis omniũ leguminum genere: inerat corona ĩ capi
te & in manu pedum clauatum: atq; ita uictorum omniũ
fores multitudo carmen circuibat. uictotiam quam adepti
fuerãt canebant: & de eo folle limina frugibus ſpargebant:
nõ nulli & in Italiã & in Lidiam & Aegiptum tranſiſſe cre
duntur quos lydiaſtas & bucoliſtas appellauerunt. quãquã
& eſt alia opinio circum pagos & opida ſolitos fuiſſe paſto
res cõpoſito carmine precari pecorũ & frugũ omniũq; ꝓuẽ
tũ: atq; inde in hunc diem manere nomẽ & ritũ bucolicoꝝ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Putant autem quidam hoc genus carminis primum Daph
nim compoſuiſſe:deinde alios cõplures:ĩter quos Theocri
tum ſyracuſanum quẽ noſter imitat᷑.

Tragœdia eſt heroicæ fortunæ in aduerſis comprehenſio. A
Theophraſto ita diffinita eſt. Tragœdia eſt ἡρωικῆς τύ
χης περίστασις. Tragœdia ut quidam: dicitur a τράγος
& ᾠδή dicta: quoniam olim auctoribus tragicis τράγος
ideſt hircus premium cantus præponebatur: qui liberali
bus die feſto Libero patri ob hoc ipſum ĩmolabatur: quia
ut ait Varro: depaſcunt uitem. & Horatius in arte poeti
ca: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum: mox &
ſatyros agreſtes nominauit: & Virgilius Georgicorum ſecũ
do cum & ſacri genus monſtrat & carmen talis hoſtiæ red
dit his uerſibus: Non aliam ob culpam Baccho caper omni
bus aris Cæditur. Alii putant a fæce: quam græcorum qui
dam τρύγα appellant: tragœdiam nominatam permu
tatione litterarum in aduerſum: quoniam olim nondum
perſonis a Theſpide repertis talis fabulas peruncti ora fæci
bus agitabant: ut rurſum eſt Horatius teſtis: Sic ignotũ tra
gicæ genus ĩueniſſe camenæ Dicitur: & plauſtris uexiſſe po
emata theſpis: Quæ canerent agerentq; peruncti fæcibus
ora. Alii a uino arbitrantur: propterea ꝙ olim dictitabat᷑
τρύξ a quo τρυγητος hodieq; uindemia eſt: quia
liberalibus apud atticos die feſto Liberi patris uinum can
toribus pro corolario dabatur: cuius rei teſtis eſt Lucilius in
duodecimo.

Comœdia eſt priuatæ ciuiliſq; fortunæ ſine periculo uitæ cõ
prehenſio: apud græcos ita diffinita κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτι
κῶν καὶ πολιτικῶν πραγματων ἀκίνδυνος περιοχή.
Comœdia dicta ἀπὸ τῶν κώμων: κῶμαι enim appellãtur
pagi. i. conuenticula ruſticorũ. Ita iuuẽtus ut ait Varro At
tica circũ uicos ire ſolita fuit: & quæſtus ſui cã hoc geñs car
mĩs ꝓnũtiabat: aut certe a uicibus: Nam poſteaq̃ ex agris
Athenas cõmigratũ ẽ: & hi ludi cõſtituti ſunt: ſicut Romæ
compitalitii ad canendum prodibant: & ab urbana come &
oda comœdia dicta eſt uel ἀπὸ τῶν uiculorum ideſt
humilium domuũ fortunæ comprehendãtur: nõ ut in tra
gœdia publicaꝝ rgiaꝝ quæ uel ἀπὸ τοῦ κώμου. i. comeſſa
tione quæ olim in huiuſmodi fabulis amãtium iuuenum
comæ canebãtur. Comœdia a tragœdia diffett: ꝙ in tragœ
dia introducuntur duces: heroes: reges: In comœdia humi
les atq; priuatæ perſonæ. In illa luctus: exilia: cædes: in hac
amores uirginum raptus. deinde ꝙ in illa frequẽter & pene
ſemper lætis rebus exitus triſtes: & liberorum fortunarũq;
priorum in pœnis agnitio: quare uaria diffinitõne diſcretæ
ſunt. Altera enĩ δεινῶν περιοχή: altera τύχης περίστασις
dictæ ſunt. Triſtitia nanq; tragœdiæ proprium: Ideoq; Eu
ripides petente Archelao rege ut de ſe tragœdiã ſcriberet ab
nuit: ac precatus eſt ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ
proprium oſtendens nihil aliud eſſe tragœdiam q̃ miſeria
rum comprehenſionem. Poetæ primi comici fuerũt Suſſa
rion: Nullus: & Magnes. Hi ueteris diſciplinæ ioculatoria
quædam minus ſcitæ & uenuſte pronuntiabãt ĩ quibus hi
uerſus fuerunt: Suſſarion cantalogica enigine cecalimoſo
odemate ut eſti euratimiana neutatu. Secũda ætate fuerũt
Ariſtophanes: Eupolis: & Cratinus: qui & principum uitia
ſectati acerbiſſimas comœdias compoſuerunt. Tertia ætas
fuit Menandri philemonis qui omnem acerbitatẽ comœ
diæ mitigauerunt: atq; multipicia argumenta græcis errori
bus ſecuti ſunt. Ab his romani fabulas tranſtulerũt: & con
ſtat apud illos primo latino ſermone comœdiã Liuiũ ãdro
nicum ſcripſiſſe. Sũt qui uelĩt Epicharmũ ĩ inſula ceo exu
lantẽ primũ hoc carmen frequẽtaſſe: & ſic a Ceo comœdiã
dici ãtea. Itaq; galeris ñ pſoĩs utebãt᷑ ut q̃litas coloris ĩditiũ
facerer ætatis cũ eẽt aut albi: aut nigri aut ruffi. Perſonis ue
ro uti primus cœpit Roſcius Gallus præcipuus hiſtrio:
qui oculis obuerſis erat: nec ſatis decorus in perſonis ni
ſi paraſitos pronuntiabat initio togatæ comœdiæ dicebã
tur: ꝙ omnia in publico honore confuſa cernebantur:
quæ togatæ poſtea in prætextatas & tabernarias diuidebãt᷑

Comedia a Tragedia q̃ differat

Tragedie ppria significatio

primi Comediaꝝ auct.

Latinoꝝ p̃mi comici

persona usus primus Roscius

Togatæ

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

Togataꝝ diuiſio
Toga: palliatæ / prætextatæ
Tabernariæ
Latino Attellanæ
planipedis
Togata prætexta quo differt a tragedia
Togata Tabernaria quo differt a comedia

Togatæ fabulæ dicuntur quæ ſcriptæ ſunt ſecundū ritus &
habitus hominū togatorum.i.romanorum. Toga nāq; ro
mana ē:ſicut græcas fabulas ab habitu æque palliatas Var
ro ait nomīari. Togatas autem cum ſit generale nomen ſpe
cialiter tamen pro tabernariis non modo communis error
uſurpet:quia Fānius togatas appellat. Sed & poetæ ut Ho
ratius qui ait: Vel qui prætextas:uel ꝗ docuere togatas. To
gatarum fabularum ſpecies tot fere ſunt quot & palliatarū
Nam prima ſp ecies eſt togatarum quæ prætextatæ dicunť
in quibus imperatorum negocia agebantur & publica & re
ges romani uel duces inducuntur perſonarū dignitate & ꝑ
ſonarum ſublimitate tragœdiis ſimiles. Prætextatæ auté di
cuntur quia fere regum uel magiſtratuū qui prætexta utūť
in huiuſmodi fabulis acta comprehendūtur. Secunda ſpe
cies togatarum quæ tabernariæ dicūtur humilitate perſona
rum & argumentorū ſimilitudine comœdiis pares:in qui
bus non magiſtratus regeſq; ſed humiles homines & priua
tæ domus inducūtur:ꝙ olim tabulis tegerenť cōmuniter ta
bernariæ uocabantur. Tertia ſpecies eſt fabularum latinaꝝ
quæ a ciuitate oſcorum atella in qua primum cœpte atella
næ dictæ ſunt argumentis dictiſq; iocularibus ſimiles ſaty
ricis fabulis græcis. Quarta ſpecies eſt planipedis græce dici
tur μῖμος. Ideo autem latine planipedes quod acto
res planis pedibus ideſt nudis proſcenium introirēt non ut
tragici actores cum cothurnis:neq; ut comici cum ſoccis olī
non in ſuggeſtu ſcænæ:ſed in plano orcheſtræ poſitis īſtru
mētis inimicis agitabāt:cuius plaīpedis actius togataꝝ ſcri
ptor ita ī ædilitia fabula meminit. Datum ineſt auꝝ exultat
planipes:ſi quas tn̄ ex ſoccis fabulas fecerāt palliati ꝓnūtia
bāt. Togata prætexta a tragœdia differt heroes ītroducūť ut
Pacuuius tragœdias noībus heroicis ſcripſit Horeſtē:Chry
ſœn & hiſ ſimilia. Itē actius ī prætextata aūt ſcribiť Brutus
uel decius. Itē Marcellus. Togata taberāria a comœdia dif
fert ꝙ ī comœdia gr̄ci ritus īducūť:ꝑſonæq; græce laches ſo
ſtrata:ī illa uero latīæ togatas taberārias ī ſcænā dictauerūt

Latina attellana differt a greca ſatyrica
dramata
fabula
fabula
Horatius
Dragmate
Satyrica
Mimus
Membra comediaꝝ

præcipue duo Affrānius & Quītus Ennius:nā Terētius &
cæcilius comœdias ſcripſerūt. latīa athellana græca ſatyrica
differt ꝙ in Satyrica fere ſatyrorum perſonæ inducuntur:
aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles ſatyris autolicus burris
In athellana obſcenæ perſonæ ut maccuſ. Dramata aūt di
cuntur tragica:aut comica παρὰ τὸ δρᾶν ideſt agere:
latinæ fabulæ appellantur ſiue factibulæ. In latinis eīm
fabulis plura ſunt cātica quæ canūtur:uel a faciēdo: Nā &
agi fabula non referri ab actoribus dicitur. Itaq; Horatius
utraq; ſignificatione interpretatur cum ita de fabula dicit:
Aut agiť res ī ſcænis:aut acta refertur:ſicut græco in choro.
Dramate uero tres perſonæ ſolæ agūt. Ideoq; Horatius ait
Nec quarta loqui perſona laboret:quia quarta ſemper mu
ta:ac latini ſcriptoꝛs q̃ plures perſonas ī fabulas introduxe
re ut ſpatioſiores frequētia facerent. Satyrica eſt apud græ
cos fabula in qua item tragici poetæ non reges:aut heroes:
ſed ſatyros induxerunt ludēdi cauſa:iocādiq; ſimul ut ſpe
ctator inter res tragicas:ſeriaſq; ſatyrarum quoq; iocis & lu
ſibus delectareť: ut & Horatius ſentit his uerſibus. Carmi
ne qui tragico uilem certauit ob hircum:Mox etiā agreſtes
ſatyros ornauit & aſper:Incolumi grauitate locum tētauit
eo ꝙ illecebris ſpectator erat & nouitate mouēdus. Mimus
eſt ſermonis cuiuſlibet motus ſine reuerētia:uel factorū cū
laſciuia imitatio. Mimus dictus q̃ſi ſolus imiteť cū & alia
poemata idem faciant:ſed ſolus quaſi priuilegio quoddā
quod fuit commune poſſedit. Similiter atq; is qui uer
ſum fecit dictus ποιητὴς cum & artifices cum æque
quid faciunt non dicūtur poetæ. Membra comœdiarū tria
ſunt:diuerbium:canticum:chorus. Membra comœdiæ di
uerſa ſunt.diffinito tamen numero continentur a quinq;
uſq; ad.x..Diuerbia ſūt partes comœdiaꝝ ī quis diuerſoꝝ
ꝑſonæ uerſanť. Perſonæ aūt diuerbiorum aut duæ aut tres
aut raro quattuor eſſe debent:ultra augere numerum nō li
cet. In canticis autem una tantum debet eſſe perſona:aut ſi
duæ fuerint ita debent eſſe ut ex oculto una audiat nec

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Pantomimus
Coraules

loquat᷑: ſed ſecum ſi opus fuerit uerba faciat. In choris uero numerus perſonaꝝ definitus nō eſt: quippe iunctim oēs loqui debent quaſi uoce confuſa & cū centum ī unā perſonam reformātes. Latiæ igit᷑ comœdiæ chorū non habēt ſed duobus tantum mēbris cōſtāt diuerbio & cātico. Primis autē tēporibus aſſerit trāquillus omnia quæ ī ſcæna uerſātur in comœdia agebantur. Nam & pantomimus & choraules in comœdia canebāt inter actores comœdiaꝝ pro facultate & arte potiores principatum ſibi artificia uindicabāt. Sic factum ē nolētibus cedere mimis cum artificio ſuo cæteris ſeparatio fieret reliquorum. Nam dū potiores īferioribus q ī omni magiſterio erāt ſeruir᷑ dedignabātur ſe ipſos a comœdiis ſeparauerūt: ac ſic factum ē ut exemplo ſemel ſumpto uſus quiſq; artis ſuæ rem exequi cœperit: neq; in comœdiā uenire: cuius rei inditia produt nobis antiquæ comœdiæ in quibus inuenimus acta tibiis paribus: aut imparibus aut ſeranis. Quādo enim chorus canebat choricis tibiis ideſt choraulicis artifex cōcinebat: In cāticis autem pyraulicis reſponſabat: ſed ꝙ paribus tibiis uel imparibus inuenimus ſcriptum hoc ſignificat ꝙ ſi quando monodio agebat unā tibiam inflabat: ſi quando ſynodio utranq;.

Voniam extremitas nominum ad metricam cōpoſitionem neceſſario indaginem īquirit iccirco ſingulorum extremitates regulatim q̄ potuimus diffinitas contulimus: quo facilius metrorum tractatus cū legi cœperit colligat᷑: ut pura uia in ſenſus legētis & ſine ullis caliginibus ueniat.

Omnes caſus numeri ſingularis & pluralis obſeruata nouiſſima ſyllaba facilius mōſtrabit quomodo ſeparar᷑ debeamus quæ ſint ꝓducēda uel corripiēda ultīa noīnū ſyllaba. Quīq; enī uocales ſuā ꝓtātem mutāt cū per caſus nomina a prima ſui poſitōne īflexa uarient᷑. Oīa enī noīa qbus uniuerſa dictionis ſilua copioſiſſima ē non pluſq̄ p. xii. ultimas lr̄as ſyllabas finiunt quinq; uocales. a. e. i. o. u. Semiuocales. l. m. n. r. s. x. unā mutam. t. ut ſiſēna. monile: ſinapi: Cicero: ueru: conſul: ſcamnum: pecten: Cæſar: libyus: ſilex: caput: Age nunc omnium nominū extremitates per omnes caſus quæ ſint ꝓducēdæ uel corripiēdæ exponemus.

Mnia noīa exceptis monoſyllabis caū ntō ſingulari memoratis lr̄is. xii. prædictis nouiſſimis corripiūt᷑ præter illa quæ. o. littera finiūtur: ut cato: ſyllaba. es. ut alcides: fides: nubes. uel. as. ut mœcenas: facultas æneas. uel. en. ut lyen. Item greca ī. os. ut heros. Fœminina quoq; ntō. e. littera finita: ut circe: dirce: phœnice. Omnia nomina trium generum caſu genitiuo numeri ſingularis producunt᷑ quæ in as. ſyllabas litteraſue deferuutur. In. æ. maſculina & fœminina: ut huius fortunæ. In. i. maſculina: ut pueri: Fœmīa ut huius lauri: Neutra huius doni. In. us. maſculina: ut huius porticus. In. u. neutrū: ut huius cornu. In. ei. maſculina & fœmīa: ut diei aciei. In. es. græca: ut huius dirces: phœnices. Corripiuntur uero memorato caſu quæ in. is. ſyllabā terminātur & ſunt trium generum maſculina: ut catonis: fœmīa ut oratiōis. neutra ut ſyderis: & cætera his ſimilia

Omnia nomina triū generū caſu datiuo ſingulariter uocalibus terminata producūt᷑. Omnia nomina accuſatiuo caſu ſingulari corripiūtur præter græca ſi non reformentur in latinam declinationem gtō cum ſtatu terminata in. en. ſyllaba producuntur: ut alciden: dircen: phœnicen.

Oīa noīa caſu uocatiuo ſengulari corripiūt᷑ exceptis his quæ o. lr̄a uel. e. uocali ꝓducta ſyllaba ut. es. uel. as. uel. e. termināt᷑. o. ut cicero: iuno. e. ut alcide: circe: es. ut dies: as. ut dignitas mecenas. en. ut lyen: Oīa noīa triū generū ablatiuo caſu ſingulari qnq; uocalibus finita producūt᷑. Ex his uero. e. littera tam corripit᷑ q̄ ꝓducit᷑ & prius quidem ſic. Maſculina ab hoc oratore. Fœminīa ut ab hac Iunone. Neutra ut ab hoc ſydere. Poſterius uero maſculīa ſic ut ab hoc die Fœmīa ut ab hac re: & ſimilia. Neutrū enī ī. e. lr̄a ꝓducta memorato caſu nullū ꝓducit᷑. Oīa noīa caſu ntō plurali tā maſculīa q̄ fœminīa quacunq; ſyllaba termīata producūt᷑ exceptis his quæ græca ſunt: ut troes: phriges.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Omnia nomina triũ generum caſu genitiuo plurali quibuſ-
cunq; ſyllabis terminata corripiũtur:
Omnia nomina triũ generum caſu datiuo & ablatiuo nume
ri pluralis tãtum producũtur ea quæ in. is. ſyllabã finiũtur
q̄ corripiũtur ea quæ. us. ſyllaba mẽoratis caſibus finiũtur
Oĩa nomina maſculina & fœmĩa ablatiuo caſu & uocatiuo
plurali ĩ quibuſlibet termĩata ꝓducũtur præter græca quæ
tam accuſatiuo. as. ſyllaba finito q̄ uocatiuo. es. terĩato cor
ripiũtur. Accuſatiuo ſic troas: ſtygas: delphinas: Vocatiuo
o troes: ſtyges & cetera ſimilia.
Metroꝝ ideſt legitimæ poſitiõis obſcuritas ſcrupuloſæ ĩtenſi
onis indaginem uehemẽter inquirit: quãobrẽ omni fluctu
circuitõis ablato quædã metra dilucide & breuiter expoſui.
Et eĩm mihi res uidebatur abſurda rem natiua obſcuritate
difficilẽ etiã caligine expoſitiõis obtegere.
Verſus eſt partiũ legitima diſpoſitio & pedũ culta copulatio
cõſonãti ſpecie metricam exhibens regulam. Verſus heroi
cus a. xii. ſyllabis in. vii. &. x. ſyllabis longatur. ultra nõ põt
Nam ſi plus habet excutiuntur per eclypſim uel ſynaliphẽ
Scanditur autem ſexies. Recipit enim pedes cum eſt legiti-
mus ĩter ſe uariatos duos ſpondeum & reſoluta eius poſte
riore parte dactylum: ſed ſpondeus perpetuo ĩ fine põitur
cuius loco plerunq; trocheus inuenitur ea ratione quia ĩdif
ferẽter ĩ omnibus metris poſtremam ſyllabam ueteres eſſe
crediderũt. Hi igitur pedes ſyllabis ĩpares tẽporibus æqua
les ex regiõibus diſtributi quaterna tempora ſua ſcanden-
do patientes quattuor &. xx. temporibus metri totius ſiue
comas uel comata ſiue cola quæ latine ſecctões uel ĩciſa uel
mẽbra dicũtur perfecta cõfirmatiõe cõcludũt. Obſeruatur
ãt ne ultimus pes ſit triſyllabus exceptis pauculis uerſibus
qui hypermetri dicũtur: quorum abundantiam excipiunt
hi uerſus : qui ſecuntur incipientes a ſynaliphæ ratione rith
mica facta eo ꝙ factum uitium quod erat in fine uerſus cõ
tinuatio ſequẽtis emendat.
Verſus heroicus ſenarius diuerſis uocabulis appellat᷑. Idẽ enĩ

& hexameter & pythius uel epicus & pirichius & bucolius
uocatur: ſuper quas appellationes etiam latine lõgus pes di
citur. Heroici igitur ſunt quotiens in primo ſpondeus eſt &
in tertio & in ſexto. Heroicum autem præterea dicitur ꝙ
uirorum fortium res geſtas ac facta commemoret. hexame
trum quoq; ꝙ ſex regionibus ſpõdeum & dactylum pedes
diuerſis modis rationibuſq; conſeruat. Pythii ergo origo in
de tracta eſt. nec enim uidetur incongruum fabuloſæ antiq
tatis documenta depromere. Apollo cum pythona delphis
propter ultionem matris necaſſet accolæ primum timore
carmen heroicum hexametrum initio ſex ſpondeis compo
ſitum texuerunt: deinde ſoluta ſpondei altera ſyllaba ſine
damno temporis dactylum ſuſcipit. Quidam autem dicũt
iambum magis gaudio ſubleuati motu celeri protulerunt.
Fertur hoc etiam heroicum metrum eius oraculis poſtea ce
lebratum: & ex hoc uerſum pithii nomen accepiſſe. Item ꝓ
prii ſunt quotiens in priore loco ſpondeus ponit᷑: & ĩ quar-
to & in ſexto ut apud Virgilium: Defeciſſe uidet ſua iã pro
miſſa repoſci. Item: Immotamq; coli dedit & contemnere
uentos: Cui non dictus Hylas puer & latonia delos. Bucoli
ci ſunt quotiens in quarta regione dactylus finiens partem
orationis inuenitur idẽtidem dactylus nominatur: cum ue-
ro omnes fere dactylos habet nouiſſime ut eſt apud Home
rũ βῆ δὲ διὰ ϖρομάχων κεκορυθμενος αἴθοπι χαλχῶ
apud Virgilium tale eſt. Panditur interea domus omnipo-
tentis olympi. Idem ſpondeus appellatus cum omnes ſpon
deos quem quidam moloſſicum dixerunt ut: Romani ui-
ctores germanus danetis. apud homerum: Verſus heroicus
is dignitate primus eſt plenæ rationis perfectõne formatus
ac totius grauitatis honore ſublimis: multaq; pulchritudis
nis uenuſtatæ præclarus quæ ſine ulla coniunctione quaſ-
cunq; alias orationis partes ita mutuis inter ſe connexioni-
bus colligat ut in ſcanſione propria pes nullus niſi nouiſſi-
mus tantum integram partem orationis includat: atq; ita
ſex regionibus ſuis ſpondeum pedem dactylũq; cuſtodiat:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ut dactylus ꝑ raro:& hoc quidē ornādi poematis gratia qn
tam regionē ſuā ſpondeo concedat. Spondeus uero poſtre-
mus finibus ſuis nunꝗ dactylū patiatur inſidere. In tertia
quoq; regione melius ſpondeus penthemimeres ꝗ dactilus
diuidit. Cæteri autem pedes ſine ulla inter ſe diſcretione ua
riātur:& exempli gratia ponamus aliquē uerſum ꝗ ſit his
omnibus quæ ſupra memorauimus clarus & qui adeo ipſi
uirgilio placuit:ut nullo mutato elemēto duobus eīm uolu
minibus ponere delectatus ſit. Oceanū interea ſurgēs auro
ra reliquit. animaduerti pedes ſingulos ita eſſe ſcanſionis le
ge diuiſos ut eorū nullus partem orationis clauſerit niſi no
uiſſimus quē finalis neceſſitas cogit.
Verſus heroicus recipit figuras trigītaduas. Aut enim ex om-
nibus ſpōdeis erit:& ob hoc ſpondaicum dicitur:quod uix
apud latinos inuenitur raro apud græcos ē:& erit huiuſmo
di uerſus monoſcheāticus id ē unius figuræ ut ſi facias:aut
leuis ocreas lento ducant argēto:ut ſi auctus numero ꝗnq;
ſyllabarū omnes habuit dactylos id eſt quīq;:& ob hoc da
ctylicus nominatur. Nā ultimū etiā ſupradiximus diſylla-
bū eſſe debere monoſchematiſtus dicetᷣ ut ē:Panditur inte-
rea domus oīpotentis olympi. Verſus uero qui ē.xvi. ſylla-
barū de quinq; pedibus habens unū ſpōdeum uariæ quīq;
regiones percurrentem erit figurarum quinq;:hoc ē penta-
ſchematiſtos:ut ē una ſpecies illaꝝ ī hoc uerſu: Aeole nāq;
tibi diuū pater atq; hominū rex. Itē e conuerſus qui ē ſexde
cim ſyilabaꝝ & ꝗnq;:hoc ē pēteſchemetiſton ut ē una ſpēs
ꝗnq; figuraꝝ:Cū Iuno æternū ſeruās ſub pectore uulnus.
Ille uero uerſus qui de ꝗnq; pedibus duos habuit dactylos
ꝓmiſcue per ꝗnq; regiones uariatos-x. figurarū erit:& no
minatᷣ dechaſchematiſtos uerſus ꝗ cōtra.xiiii. ſyllabas ut ē
una ſpecies ꝗnq; figuraꝝ:Multa quoq; & bello paſſus dū
cōderet urbē:& cōtra ſi de quinq; pedibus duo ſpondei fue
rīt īuicē dactylis mixti:& itē.x. regiones ꝑcurrētes erit.x. fi-
guraꝝ uerſus ꝗ ꝗndecī ſyllabis legitᷣ ut ſupra: & ē una ſpēs
Arma uirūq; cano: Meminerimus aūt figuras maiores dici

ſi dactyli plures fuerint:ſi ſpondei minores.
Illud quoq; obſeruare debemus ut in heroico hexametro mā-
ſiones quas alii cæſuras appellant:nō nulli ſectiones uocāt
facias:quas græci rite cuſtodiunt. Inciſiones uerſus heroici
ſunt quattuor. hæ finitis partibus orationis fiunt:& tali or
dine colligentur. Prima ē penthemimeris. Secūda ē catatri
ton. Tertia heptimemeris. Quarta tetrapodia. bucolice di-
citur. Theocritus auctor carmīs hac plurimum eſſe creditᷣ
Pēthemimeris eſt ſemiquinaria:ubi poſt duos pedes & unā
ſyllabam pars orationis expletur:& ideo pēthimeris uocatᷣ:
quia pedes diuidit ſic: defeciſſe uidet ſe ſignari oculis: horū
reſiduis partibus trimetri Anapæſtici hypercataletica fuit
ſua iam promiſſa ſpoſci. Vltro implacabilis ardet:licet hæc
accipit unam breuē faciet finitam tamen partem orationis
ſine cæſura. Secunda eſt catatricon ī qua finita parte oratio
nis tertium trocheum ponas a quo nomine trāſit:ut eſt In-
fandum regina. huic addito Anapæſto uel ſpondeo conſtat
tertia inciſio. Tertia eſt heptimemeris latina lingua tranſla
ta ſemiſeptinaria ſcilicet quia ſeptem diuidit ut eſt: Italiā
fato profugus. Tum demum mouet arma leo Excutiēs cer
uice toros. hinc quod remanet precor gaudetq; comantis
leo: fixumq; latronis leo fremit ore cruento. hæc duabus ad
ditis breuibus quartam manſionem efficit:ita ut quarto da
ctylum inuenias ut eſt: Inferretq; deos latio genus unde la-
tinum. Sunt qui quartum trocheum in hac cæſura collo-
cant:& catalecticon & trocheon appellant: & eſt: Qui pax
longa remiſſerat arma noua reparabant. Alii uero ſpondeū
ut eſt: Inde toro pater æneas: ita tamen ut per omnia iſta
interualla quæ diximus pars orationis finiatur remanebit
pars uerſus quæ dicitur comma. hoc cōma ſi priorem habu
it dactylū dicetur dactylicum ut eſt: Orſus ab alto. ſi ſpon
deum ſpondaicum appellatur ut eſt: Vellatarum obuerti-
mus antenarum. Hæ inciſiones quas græci cōmata appel-
lant figuris formantur tribus:ſimplici:compoſita : coniun
cta. Sīplex eſt cum īuenitur in uerſu una inciſio ut: Panditᷣ

interea domus omnipotentis olympi. Compoſita ut duæ ĩ
ueniuntur ut eſt: Infandum regina iubes renouare dolorẽ.
Coniuncta cum tres inueniuntur ut eſt: Talibus Ilioneus:
cuncti ſimul ore fremebant dardanidæ.

Rimus uerſus dena proprietate ſpectatur principio ut
ſunt Illibati: iiuges. æqformes: quĩquipartes: paripedes
fiſtulares: æquidici: teretes: ſonori: uocales. Itaq; & græci
hos nuncupãt: apeleges: atigus: Aproſchemi. Pentame
tris: podomeris: ſiropodis: Iſoleti: cyclotelis: & here-
che: planaſtici. Si uero hac in appellatione improbãtur
ut quinq; ſpeciebus deſignantur mnile rauoli: frigoſi. Flu-
xiachos græci acephaleis. legarus mnirus: trachis colobus ap
pellant. Igitur illibati ſunt qui nõ aucta uel minuta aut am
putata ſyllaba uitiãtur: ſed integra & pleniſſima dictione
formãtur ut: Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus ara-
tro. Eſt enim uerſus integer: & nullo uitio cõtaminatur. In
iuges ſunt quia nulla coniunctionis ſyllaba copulant̃ quos
græci aſynthetus nuncupant: ſicut eſt: Tectum auguſtum
ingens centum ſublime columnis. ſine nexu. Nullus enĩ cõ
iunctionis nexus occurſat. Aequifores ſunt qui non compo
ſita uel ſimplici figura oſtentãtur ut: Vrbe fuit media Lau-
rentis regia pici. nuſquam enim: Hic duæ partes orationis
nectuntur. Quinquipartes ſunt qui quinq; partes ſignant
ac miſcet flumina candida ſanguine ſparſo. Fiſtulares ſunt
qui paulatim accreſcente partis orationis numero ab uni-
ca ſyllaba plures ad uſq; dicũtur ut homericus ille daclarat.
Aeqdici ſunt qui ſingulis præpoſitionibus antithetas appa
rant dictiones ut: Alba liguſtra cadunt: uacinia nigra legun
tur. Albis enim nigra poſuit: liguſtris autem uacinia tribu-
it. & cadentibus legenda aſſignauit. Teretes ſunt qui uolu-
bilem & cohærentẽ cõtinuant dictionem ut: Torua mimal-
loneis inflatur tibia bombis. Sonori ſunt qui crepitant pro
nuntiationem fragoſam: & exultantẽ informãt dictionem
ut: At tuba terribili ſonitu procul ære canoro Increpuit. &
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Vocales ſũt ꝑ alta producta locutione ſonãtibus litteris uni
uerſam dictionem illuſtrant ut ẽ illud Pacuuii: Omnẽ non
meo oceano hyperion fulgurat citro a repto plauſtro bo
reas bacchatur rheno heſperio: zephiro orion uoluitur. Au-
ſtro fuluo arettonio uaga cinthia proruit auſtro. De impro
batis uero uerſibus uaria traduntur. Mutili uel trunci ſunt
qui in principio amputantur & litteram uel ſyllabam amit
tunt: uel ſyllaba deficiunt: græce dicuntur acephali: quale ẽ
fluuiorum rex Eridanus. Item homericus uerſus in media
parte exiles uel iulci græce uocantur agade qualis eſt. Itẽ ho
mericus bendeis. Ecades ẽ qui in ultima concluſione horta
tiũcula uel ſyllaba fundantur uel tempore deficiunt græce
imri & ſcazontes uocantur ut ẽ: troes detriges. Fragoſi ſunt
qui in leuigato ſono & incondito uariantur. Fluxi ſunt qui
ſolito modo & uulgari metro uacillantes quatiuntur.

Valitas metri qua intelligimus utrum prĩcipale ſit me
trum an deriuate locantur finite: aut infinite. Finita eſt
quæ ſtatuto pedum conuenientium modo & numero ſylla
barum diffinito quo ad petẽdi formam debeat multiforis
ſtructuræ conuerſione decurrit: ut eſſe in omni prĩcipali for
ma cognoſcimus. Infinita ẽ in deriuatiuis quæ metrum ſer
uat & numerum ſyllabarum ſeruat ſed ſtructuræ imitatæ
deſeruit: aut diuerſis uerſibus & metris conſtructa a tertio
uerſu uel a quarto cum uoluit metrum ſeruat: & numerũ
ſyllabarum non ſeruat ut diconica uel pheſtratitia: quæ me
tra dactyli imaginem habent: ſed pedũ minore numero cõ
cluduntur. at uero nec metrum ſeruat: et numerum ſylla-
barum: ut ĩ ſapphico endecaſyllabo in quo cõtrarios pedes
in uno uerſu coniungit. Itẽ diuerſis uerſibus & metris a ter-
tio uerſu uel a quarto ſtrophen reuocat. Alcaica illa tria uel
aſclepiadeum & gliconicum & pherecratium coniunctũ ui-
demus. Species metri ſunt duæ finita: & infinita. Finita eſt
qua intelligimus utrum principale ſit metrum an deriuatũ
Principale eſt quod ipſum ex ſe formatum eſt: & ſua lege
non abſumpta decurrit: & eſt finita in omnibus metris prĩ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cĩpalibus deriuatiuum quod a prĩcipali originem ducit ut ẽ ĩ oĩbus deriuatiuis infinita ſpecies.

Ormæ principalium metrorum ſecundum ãtiquitatis rationem generaliſſime duæ ſunt inuentæ: dactylica & iambica. His etiam ut aliorum probat auctoritas accedunt aliæ ſeptem: hetrocaica: anapæſtica: choriãbica: duæ ionicæ pæonica quam pleriq; ryrhmicam eſſe dixerunt: quarum aditione uel ĩmunitione reliquæ ſpecies uarie conrextæ deriuantur: & aut a pedum præcipua ſtructura: ut anapæſtica. trochaica: alia ſyzigiæ quantitate: ut eſt trimetrum: centametrum. alia a numero ſyllabarum: ut eſt ſapphicum: endecaſyllabum. alia ab inuentoribus: ut ſapphicon: alcaicon. alia ab his qui in his frequentes fuerunt: ut ſunt ariſtophenia: archebula: phalerea: aſclepiadea: gliconia: quæ quidem in ĩfinitum poſſunt uitiari beneficio rythmorumquoq; uelut fuit compoſitio.

Odi metrorum ſũt ſex: cataſticos diffinitus uel prĩcipalis: ſchematicos cõpoſitus a ſynarches: ĩcõpoſitus ſyncechimenos confuſus ſiue zeugmenos: coniunctus: paragogon. Deriuatiuum diffinitus uel principalis eſt legitimorũ metrorũ ordo compoſitus conſtat ex legitimo uerſu ut eiuſdem legitimi mediate eiuſdem pedibus. Incompoſitus eſt peregrinis pedibus uerſus ordinatus cum fuerit alius uerſus medius ſecutus trimeter. Heroicus confuſus ex peregrinis pedibus uerſus coniunctus eſt quando ex duobus metris uerſus ordinatur: ut heroicus & iambicus.

Pecies carminum ſunt quattuor. Acatalecta: catalecta hypercatalecta: brachicatalecta. Acatalecta ẽ ĩteger uerſus ſingulorum metrorum. Catalecta eſt uerſus minus habens metricæ conſtitutionis. Hypercatalecta eſt ſuper principium uerſus ſyllabam plus habens. Brachicatalecta pedẽ plus habet q̃ poſſit pedũ diſpoſitio.

Valitates carminum ſunt ſex: heroica: comica: tragica: melica: ſatyrica: choriãbica. Regiones pedum ſũt qnq;: theſis: arſis: baſis: ſyzigia: dipodia. Hæ ſic ordinant. theſis in diſſyllabis conſtat. Arſis in triſyllabis: baſis ſyzygia: dipodia in triſyllabis conſtat: ſed baſis ĩ epitritis & pæonibus fit ſyzigia contrariis: ſed dipodia paribus. Hæc interim quantum ad ſimplicem cognitionem ſpectat prudentiæ tuæ ſatis explanaſſe ſufficiat. Cætera uero metra quæ ſunt tortuoſis obſcuritatibus implicita: ac multarum diuerſitate pplexa opportunis temporibus ac certis ratiõibus edocebo: quæ quidem omnia ſi quis profũdis ſenſibus intimarit ac ſincera mentis intentione perſpexerit: & competenti ſtudio diligenterq; ſeruauerit: non tantum ipſe ĩ peragẽda uerſificatione pollebit: uerum etiam & aliorum carminibus quotiens libitum fuerit iuſtis rationibus de irreprehenſibili ſentẽtia iudicabit quibus pedibus regãtur.

Legum metrum binis uerſibus coſtat hexametro heroico ſubiũcto quinario. Prior pedes heroici recipit: poſterior pentametri ideſt quinarius ſcanditur duæ ſemiquĩariæ ideſt ut poſterior cõma duos dactvlos habeat & ſemipedẽ: quod genus ſcanſionis ẽ uſitatius. Alii uero ſic ſcandũt feritur quinquies in primis duabus greſſionibus admittit dactylum & ſpondeum tam inuicem inter ſe compoſitos q̃ ſe ſe irritantes prout ratio poſtulauerit. Tertiam regioné ſine dubio perpetuo ſpondeus debet habere: ſi memorati pedis breuem priorem ſyllabam pro lõga poſitam inuenies quæ ratio ſit ne moueat. Poteſt enim eſſe rationis: quaſ pars orationis finitur duobus anapæſtis terminatur.

Entametrum elegum conſtat ex duabus ſemiquinariis ideſt ut poſterior cõma duos dactylos habeat & ſemipedem. Quidam uero ſic ſcandunt. Tertium pedem ſpondeum faciunt ut anapæſti ſequantur propter quod oportet ſemipedem prioris comæ longam eſſe. Alii uero quia duo cõmata eſſe dixerunt uoluerunt breuem eſſe & prioris comæ ſemipedem: qa nouiſſima ſemper indifferens atq; hoc utũtur exemplo ideſt ut ſemper partem orationis uideatur implere: Nam talis pentameter uitioſus erit: ſed & hoc accipiẽdum eſt geminum in elogiis hexametro ſubiũgitur. ſed ut

archilochus inuenit & dactylica comæ.

Erſus ternarius iãbicus quo tragœdiæ & comœdiæ ſcri/
būt͛ ipſi iūgit͛ iambo & ſine auxilio alterius pedis cõſtat
a quo nominãt͛: ſed uarietatis cauſa recipit dactylū: ſpõdeū
anapæſtū: tribrachum. Fiūt itaq; numero qnq; q cõuenié
ter prout ratio poſtulauerit in ſe uariant͛: ſed ĩ ſiniſtris pedi
bus ipſū debent rapere iambū: aut trybracū: aut pyrrhichi/
um. Quarta tamé regione ipſū ppetuo dominum ĩ dextris
quẽlibet ut fors optulerit de ſupra memoratis. In comœdi
is uero latius fundit͛ licet currat ſicut in tragœdiis ſenariis.
Iambus recipit pedes ſpondeū & dactylū: anapæſtum: pro
celeuſmaticū: tribrachū: pyrrhichiū: & ipſū ĩ ſecūdo domi/
nū iambū: ſed ĩ dextris pedibus. In comœdia quæcunq; ex
his ſiniſtris tribracum pyrrhichiū: & ſeipſū aliquãdo in ſe/
cundo & ĩ ſexto loco. Quarto uero aut ipſe: aut pceleuſma
ticus eẽ debet magis ĩquãtū põt ipſe catalexĩ facit in bachio
Fert͛ quoq; ſenarius iãbicus cõbinatis pedibus & ſingulis cõ
binatõibus præponit͛ qlibet pes de ſupra memoratis quĩq;
Ité ſubiūgit͛ unus ſine dubio ex tribus. i. tribachus uel ana/
pæſtus: uel ipſe dominus. Nõ nunq̃ etiã pyrrhichiū admit/
tit: qa nouiſſima metri ſyllaba indifferẽter ponitur: Et hoc
utiq; deriuat͛ choriãbus ĩ fine claudicãs: qm̃ expulſo pyrrhi
chio uerſa uice ſpõdeus ĩterponit͛: ut pote Cõtrarius aduer/
ſarii crura frãgit. Sæpius aūt tertiæ declinationis ſecūdo pe
de inuenit͛ coĩs ſyllaba quæ excipit͛ a duabus cõſonantibus
quaꝝ prior ſit muta ſequẽs liqda. Sane huic metro triacrio
ſi acceſſerit q̃rta dipodia fit uerſus quadratus q choriãbitio
nẽ quater ferit͛ eoſdé ĩcipiés pedes quos iãbus triarius æque
tragœdiæ: comœdiæq; cõueniẽs: & habet ĩ ſe catalecticū in
hoc metra tã ſeruat͛ ĩ fine piãbus q̃ excludit͛ pariambus.

Rochaicū metꝝ recipit pedes qnq;: dactylū: ſpõdeum:
anapæſtū: tribrachū: trocheū a quo noĩat͛. Triplicé aūt
fert͛ tripodiã & unicuiq; ſine dubio pedes tã præponūt͛ tro/
cheus dactylus tribrachus q̃ ſubiūgant͛: qlibet de ſupra me
moratis qnq; pedibus catalecticon facit: aut ĩ amphimacro

aut ĩ epitrito q̃rto. Hoc aūt metꝝ ab iãbico diſtat ꝙ ĩ illo cõ
binatis pedibus & ſubiungit͛ unus de tribus q ex breui con/
ſtãt: & ité ſubiūgit͛ quilibet de quinq; pedibus.

Napæſticū metꝝ é ꝙ aut ipſo ſolo anapæſto cõſtat ad/
iūctus cū eo put ſors tulerit ſpõdeo: tribracho: dactylo
ſed dactylū nõ nūq̃ recipit niſi ĩ dextris pedibus uel quéq;
ex illis aliis: In ſiniſtris uero quẽlibet ex tribus put res exe/
gerit extra dactylū: ſpõdeū: tribrachū: anapæſtū: hoc metꝝ
catalexĩ facit: aut ionico ἀπὸ μείζονος: aut ἀπ' ἐλάσσονος
aut ĩ moloſſo: aut hippio q̃rto: aut ĩ choriãbo. Scir͂ debeūs
tū demū ĩ ultĩo triſyllabo hoc metꝝ admitter͂ cū ĩ penultĩo
loco ſpõdeū pceleuſmaticū metꝝ pedes recipit q̃ttuor: da/
ctylū: ſpõdeū: pceleuſmaticū: anapæſtū a noĩe meruit. ho
rū cõpoſitio freq̃ns é anapæſto p qué plurimū cõſtat: Sed
dactylum ĩ dextris tãtum pedibus habet: Idem quẽlibet ex
tribus prout exegerit ideſt ſpõdeum tribrachum tamen da
ctylus perpetuo dexter & aliquando ſubiungitur unus qui
libet ex tribus: huius clauſula ſpõdeo & dactylo terminatur

Ntiſpaſticum metrum cõponitur antiſpaſto: admittit
autem iãbicum baſſim: pſipathiam. Et prima quidem
regio primæ greſſionis anthiſpaſtiæ magnitudinis omni ge
nere a poetis mouetur. longatur autem a dimetro uſq; pen
tametron. perfectiſſimum autem eſt endecaſyllabū ſapphi
cum: & hoc ſiquidem acatalectum ẽ: & habet nouiſſimam
ſyllabã iambicam. Tetrametri autem cataletici perfectiſſi
mi ẽ quod appellat͛ pãpiū ploida admittit.

Horiambicum metrū cõſtat choriambo pede quadra/
to a quo nomine a dimetro autem metametrum lon
gatur. feritur per dipodiam in qua antecedit trocheus
ſequitur iambus: ſed interdum prior trochei ſyllaba ĩ du
as breues reſoluta tribrachum admittit mediæ duæ quoq;
iambicæ optime ponunt͛ quartæ clauſulæ. i. ut ultimus pes
aut bachio: aut tribracho terminetur: uel potius iambica di
podia collocat͛ ĩ qua antecedit anapæſtus.

Onicus maior cõſtat omonymo pede. Admittit autem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

catalexim pathãdo aſericrochocen ut huius metri primæ greſſioĩs regio multiformiter uariatur & brachycatalecton deſiderat a dimetro in tetrametrum longet.

Onicus quoq; minor conſtat ex omonyma dipodia in qua antecedit pyrrichius ſequitur ſpondeus uel anapæſtus: & pyrrichius non nunquam eſt cataſinæreſim breuiũ ſyllabarum moloſſus interponitur: & in dimetris quidem cum prior baſſis pentaſemos fuerit ideſt temporũ quinq;: erit ſine dubio ſecunda heptaſmos ideſt temporum ſepté a dimetro in trimetrum ampliatur.

Aeonicũ metrum quod pleriq; rythmicũ eſſe dixerunt conſtat priore pæone admittit uero & quartum creticum & bachium a breui qui eſt adimetri finem compoſuiſſe redditur. Elegantiſſimum eſt igitur cũ per ſingulos pedes pars orationis ĩpletur.

Erſibus genera præcipua ſunt quinq;. Aut enim dimetri ſũt: aut trimetri: aut tetrametri: aut pẽtametri: aut hexametri: ſed ſingulorꝝ plurimæ ſũt ſpecies.

Imeter eſt ex inferiore parte hexametri qui habet dactylum & ſpondeum uel trocheum. huius exemplum ẽ in Horatio: Terruit urbẽ: quale ẽ illud primus ab oris.

Rimeter heroicus ex ĩferiori parte hexametri. huius exẽplum ẽ: Flumina nubibus obuia torques.

Entameter heroicus ex ĩferiori parte. huius exẽplum eſt Sparſaq; luminibus polus indicat aſtra. Hæc ĩciſa dicũtur. i. cõmata & quædã ex ĩferiori parte hexametri detracta poſſunt uideri de ſupiore eius parte deſecta.

Entameter degiacus cuius exẽplũ ẽ: Cãdida ceruleo nata uenus pelago. hic cõſtat ex duobus prĩcipiis hexaẽtri recipit inicio duos anapæſtos uel certe nouiſſimũ tribracũ prædicta ratione ultimarꝝ ſyllabarꝝ.

Ambicus qui uerſus eſt comicus conſtat ex oĩbus iãbis ut anus uirente ſecta pinus in agro. Hic recipit ſpondeos uel alios ſui generis pedes ideſt totidem temporũ & ſi nõ totidẽ ſyllabarũ recipit inquã ſpõdeos ſed primo & tertio & quinto loco. Vltimo aũt ꝑ iambũ aliquãdo.

Ambicus ſcazon ideſt hipponactius ab auctore dicitur fore ſimilis ſuperioribus: niſi ꝙ imo habet ſpondeum. huius exemplum eſt: ligare gutur pẽdulo tã in uinclo.

Ambicus colobiis hic de metro iambico ſyllaba extrema attrita factus eſt: cuius exemplum ĩ Horatio. Tales trahunt ſiccas machinæ carinas: ſi eſſet carinulas eſſet iambicus uerſus.

Rochaicus ideſt ſenarius & quadrarius hic ſi uerſus eſt ſeptem trocheos habet & ſemipedem ideſt una ſyllaba cuius exemplum tale eſt: uirente ſecta pinus in agro hic fit Recipit pedes ſui generis qua ratiõe de iambico diximus fit trochaicus hipponautius quoniam iambico cognatus. huius exemplum eſt: Feſtæ dies amœna luce præpotens ſalue. hoc ſic ẽ ut ſi facias tale: Socrates ligare guttur põdulo canũ uinculo: quos autem pedes recipit trocheum & cæteros ſui generis pedes: & in una ſpondeum uel trocheum.

Sclepiadeũ ab auctore dictũ. eius exemplũ ẽ: Mecenas atauis edite regibus. Hic ponit unde ortus ẽ ad penthemimerĩ elegiatã redigi addita una ſyllaba ſic: Mecenas atauis edite regibus: quod tale ẽ quale ẽ illud: Candida ceruleo uecta uenus pellago. Põt aſclepiadeus ab hexametro naſci detracto ĩ mediis partibus diſyllabo uerbo: & ultimus ut ſi dicas: Nimborum in patriã loca fœta furẽtibus auſtris. aut illud: Auulſũq; humeris caput & ſine nomĩe corpus. Rurſus illi aſclepiadeo adde diſſyllabũ uerbũ in medio facies hexametrꝝ: Mecenas atauis edite regibus olim.

Ndecaſyllabũ ſapphicũ qđ Sappho poeta ĩuenit exẽplũ huius tale ẽ: Iam ſatis terris niuis atq; diræ: ſupior pars ex trochaico ẽ. Nã ſi hæc uerba Iã ſatis terris ſuppleas facies ĩtegrꝝ trochaicũ ſic: Iã ſatis terris uirẽte ſecta pinus in agro. Inferior aũt uerba hæc: Niuis atq; diræ: de principio iãbici ſũt: deniq; additis quæ deſunt iãbici poterit ĩpleri ſic Niuis atq; diræ ſecta pinus in agro. Hæc metra quæ ex cõmatibus cõſtãt unde partes habẽt inde & pedes ſumũt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Oriambicus ė qui cõſtat coriambo pede qui ex longa &
duabus breuibus & longa. huius exemplum eſt : Ergo
ades huc ambroſia de ueneris palude. eſt in Horatio : Tale
Te deos oro ſybarĩ cu r properes amando perdere . Recipit
hic ĩ imo uel palĩbachiũ pedẽ qui ex breui & lõga & breui.

Rchilocum de proximo ſuperiore præciſum . huius exẽ⸗
plũ eſt: Lydia dic per omnes : hoc ē tale quale ſi facias cur ꝓ
peres amando : quod magis apparebit ut ſic: Sectum ſi ſic
iũgas Te deos oro ſybarim lydia per omnes. ſic enim ĩteger
ē Choriambus.

Ndecaſyllabum phaleuticum a phaleutico inuentum
eſt tale: Vidi credite per lacus lucrinos. Huius pars pro⸗
prior de hexametro ē quam ſupplebimus ſic: Credite uidi
per liquidos nereidas fluctus. Poſterior autem pes a princi⸗
pio iambici ē quam ſi ſuppleamus integrum iãbicum facie
mus ſic: Lacus lucrinos inter lata nauium. Anacreontius in
Horatio talis eſt: Sic te diua potens cypri. præcioſus hic eſt.
de proximo ſuperiore endecaſyllabo: & tale ē quale illud: ui
di credite per lacus. Rurſus endecaſyllabus ex iſta ſuperiore
fieri poteſt: Sic te diua potens cypri lucrinos. Ergo apparet
triſyllabum endecaſyllabum eſſe tractum & anacreontius
fieret. Archilochium aliud in Horatio tale eſt: Soluit̃ acris
hyems grata uice ueris : & fauoni : hoc eſt ut fieret indita eſt
hexametro ſyllaba: an duas deniq; ſi eam detraham facies
hexametrũ : ſic Soluitur: acris hyems grata uice ueris : & fa
uoni. Alcaicum ab alceo inuentore: ĩ Horatio tale eſt: Vides
ut alta ſtat niue candidum hoc ē ex duobus cõmatibus. Nã
ſuperius illud uides ut alta tale eſt quale illud ĩ iãbico: Ibis
liburnis. Inferius illud ē: Niue cãdidum: tale eſt quale illud
ĩ aſclepiadeo: edite regibus. Alcaicum aliud in Horatio tale
ē penes Iambi ſiue flama hic ſi addas uerbum torrida erga
appareret hoc alcaicum ab iambo eſſe præciſum. Alcaicum
aliud ĩ Horatio tale eſt: Vſq; ĩ eis pluuioſq; uẽtos: ut hic fie
ret hexaẽtri ultra mediũ exceptæ ſũt: q̃s ſi uelis redder̃ ſup⸗
plebis hexaẽtꝝ: ſic uſq; meis plurĩoſq; rapiatis uitæ uẽtos.

Archilochiũ aliud ẽ in horatio tale ẽ: Nullam uare ſacra ui⸗
te prius ſeueris arborem. hinc tolle duo uerba ſcilicet diſſyl
laba iuxta principium facies aſclepiadeum: Sic nullam pe⸗
ius uitæ ſeueris arborem. Hoc eĩm tale eſt quale illud: Me⸗
cenas atauis edite regibus. Ergo apparuit ꝙ archilochus im
poſuerit dimetrum ex archilochio modi eſt: Capiunt forãs
& aptant. hoc tale eſt quale aliud uice ueris & fauoni. Gly⸗
conicum ex iambico. Climetrum in horatio tale eſt : Non
ebur neq; aurum hoc ex inferiore iambici parte preciſum ē
Nam ſi reddis ei principia ſupplebis iambicũ ſic. Ibis libur
num. non ebur neq; aurum. Ionicus απελάσονος dicitur
quare hic pes conſtat ex duabus breuibus & duabus longis.
huius exemplum in horatio eſt: Miſerarum eſt neq; amori
dare ludum. Ionicus απὸμέζονος ſuperiori contrarius.
Nã ex duabus longis & duabus breuibus conſtat: cuius exẽ
plum: Pãſa optime diuos ſi uis bonus eſſe. hic & ſotadicus
uocatur: quia ſotades eo plurimum uſus eſt. Archilochium
ex iambici parte priori in horatio tale eſt ut: Priſca gẽs mor
talium. Huic ſi inferiora reſtituas quæ archilochius ampu
tauit facies iambicum plenum ſic ut: Priſca mortaliũ uita
ri trahit. Archilochium aliud in horatio tale: Scribere uerſi
culos amore percuſſum gtaui. Satis apparet priorem partẽ
hexametri eſſe poſteriorem ex iãbico. Nam illud ſcriber̃ uer
ſiculos ē tale quale: Arma uirumq; cano. Illud autem quod
ẽ amore perculſum tale ē quale de priſca gens mortaliũ de
hoc ſupra dictum. Archilochus ita metra cõfecuit ut & iam
bico detraherat & faceret uerſum talem: Iupiter ſalutis arbi
ter meæ erit iãbichus plenus. Anapæſticus qui anapæſti cõ
ſtat pedibus talis ẽ: In ſereno cede teſtula irrita ſol occurrit
tibi ꝑ ſpeculum panope hic recipit pedes ſui generis de qua
re ſupradiximus. Anapæſtus aũt fit ex duabus breuibus &
lõga. Anapæſticũ coritũ habemus ĩ Horatio: Audax nimiũ
ꝗ freta primus. admiſcetur huic ꝓpter gratiã uarietatis dĩe
tri. Heroicus: Nã tale ẽ: Qui freta primus quale terruit ur
bẽ. In cætero r̃cipit hoc metꝝ ſpõdeos & alios ſui gñis pedes

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Archil ochius etiam de iambico colobo facit. Cōma tale eſt
Huc ades lyæe:quod tale eſt quale illud machinæ carinas:
& poteſt ſuppleri iābicus colobi:ſic trahunt ſiccas:huc ades
Lyæe. Dimetrum heroicum ex ſuperioꝛ parte hexametri fa
ctum ut :Sunt illa ſcribenti mihi præmonſtra dea. Hic enī
duo pedes ſunt de principio hexametri trimetrum ex ſupe
riore parte hexametti tale: Muſæ pierides non ſed idem ana
creontium eſt:de quo ſupra diximus. nam ſimile eſt illud
quod poſueramus exēpla: Sic te diua potens Cypri. Tetha-
metrum heroicum ex ſuperiore ſic eſt : Optima mente tibi
fero munera:hic ſi addas duos pedes id eſt terruit hexame-
ter implebitur. Pentameter quoq; heroicus fit ex ſuperiore
parte hexametri ſic:Fontis & gelida uada fluminis. Hic p
ſpicuum ē uno pede deeſſe quo minus fit hexameter. Hep
tametrum heroicum fieri ſolet ſi dixere ridiculum quibuſ-
dam uidebitur ſed exemplum tale: Clio cui dedit ingenium
& libidine iunctum. Sat in honorem dei Venus inuenit ad-
dita ſyllaba ad Iambicum: Sic ſūmus apex qui regum regi-
as refregit: huic ſi demas ultimam ſyllabam erit iambicus:
de quo ſæpe memoratum eſt:angelicum metrum celeritate
nuntiis aptum terpſichorus inuenit Vna enim ſyllaba ulti
mam hexametro efficit: id tale eſt: Incidi patulum ī ſpecū
procumbente priapo:prius cōma ex inferiori parre ſupple-
bitur ſic: Ibis liburnis incidi patulum in ſpecum. Poſterius
coma ex inferiori parte hexametti ſupplebitur ſic: Arma ui
rumq; cano. Qui procumbente priapo. Anapeſticum dime
trum fit inciſione cuius exempla hæc ſunt : Agite o pelagi
curſores:cupidam in patientiam portate. ſunt hic bini ana-
pæſti:aut pedes q recipi ſolent: In uno aūt bachius eſt:qui
cōſtat ex duabus lōgis & breui:aut moloſſus q cōſtat ex tri
bus lōgis. alienū aūt pedem metra niſi recipiāt modus ñ fa-
cile finitur:ut rythmus magiſq̄ metrum ut Varro dicit ī ry
thmū q latīe numerus uocaꝛ:& metrꝝ īteree q̄ īter materiā
& ꝛ̄gulā dimeter ex heroico ſotadico ſolet fieri talis: Vnus ex
marmoꝛ pulchro hoc tale: Optīe diuos cole ſi uis bonus eē.

Proceleuſmaticū ē quale fecit ſerenus animalia ī ſecula pro
pter. iter obiit. hoc cōſtat ex proceleuſmatico pede qui ē ex
quattuor breuibus: īmo recipit triſyllabum pedem incertū:
quem quidē in ultima ſyllaba uariū obſeruandū eſſe ſupra
dictum ē. Moloſſicū metrꝝ mihi duriſſimū uidetur huius
exēpla dat Celſius Baſſius tale romanū uictore gallis deui
ctis lōge ſūt omnes:qui moloſſus cōſtat ex tribus ſyllabis
lōgis. huic ſane uerſum ſimillimū puto illi hexametro q
ſpōdaicus dicitur:nam & hic ſimiliter. xii. ſyllabas lōgas ha
bet. Crætici uerſus hoc exemplū ē: Alma lux roſida prima
flamina nitēs me ſat eſſe dixiſſe. Creticum ex longa & breui
& lōga qui & amphimacros nomīatur. Antibacchus uerſus
huiuſmodi ē. Nati beati parens nepotes. huius facilis parti
tio cum ſciamus pedem ipſum conſtare ex breui & duabus
longis. Bacchiachum metrꝝ ē tale bacchare præcinge frontē
Hi mihi uidētur magis ad proſam cōuenire:& ſane multis
pedibus in oratione utimur licet ſtulti putāt liberam a uin-
culis pedum proſam eſſe debere. Archibulum metrum ubi
hexametro prima littera ablata:& ab ultima tertia: & factū
tali tibi naſcitur:omne pecus tibi creſcit herba:reſtitue ſylla
bas & implebis hexametrum ſic. Nam tibi naſcitur omne
pecus tibi creſcat in herba. Trimeter heroicus ex īferiore ſu
pra quod dixi:ſed hoc ſerenus nouum facit hoc modo tuli-
telus amiſſo tule:uide hic præpoſita eſt una ſyllaba: Nam
ſi eſſet tale reſpuis amiſſo tule:manifeſte tres pedes eſſent
quos habet pars poſterior hexametri. Caliābrū metrū ē qd
aput Mœcenatem tale eſt. Ades īquit o Cibele. ſimile eſt illi
Veris & fauoni. Inferius cōma ſuperioris ſimilis eſſet niſi
amiſiſſet ultimā ſyllabā. Caliābrꝝ aliud ex ipſo fcm̄ ei ſimil
limū eēt niſi ꝙ ut eneruatius fieret & mollius ſecūda aut ter
cia ab ultima ſyllaba in duas breues geminata ē: & factum
tale latus horreat flagello:comitū chorus ululet. ſi eſſet ſic
comitū chorus ululet eſſet illi ſimile:fera mōtiū dea. Cæterꝝ
qd eneruatius dixiūs ſimile ē illud Neotericū qd ē tale ruti
los recide criēs:hītū cape uiri. hoc ſimile ē illi de quo paulo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ãte diſputaui q fuit tale latus horreat flagello:comitũ cho
rus ululet. Septenarium uerſũ Varro fieri dicit hoc mõ cũ
ad iambũ triſyllabũ pes addit͛ & fit tale qd immerentibus
uoces qd ĩuides amicis. ſimilis ĩ Terẽtio. Nã ſi remitterẽt q
piã philomenæ dolores:& in Plauto ſæpius tales reperiunt͛
Octonarius ẽ ut Varro dicit cũ duo iãbi pedes iãbico pedi
præponũt͛ & fit uerſus talis: Pſalmus meus docẽs docẽdo q
docet dicit docẽs: tolle huic primos duos uerſus & erit talis
quale illud Ibis liburnis ĩter alta nauiũ. Dimeter heroicus
ex ſupiore iãbico diximus: ſed hic Varro ex archilochio au/
ctũ dicit adiũcta ſyllaba: & factũ oĩpotentẽ te parẽte meo:
huic ſi auferas ultimã ſyllabã erũt tales tres pedes quos pri/
or pars exhametri recipe cõſueuit. Archilochiũ Varro illud
dicit quod ẽ tale ex littoribus ꝓperãtes. ſimile ẽ illud: Troiæ
qui primus ab oris. Inferius coma quod ẽ tale nauibus rece/
dũt. ſimile ẽ illi quod ẽ machina carinas. Dimetꝝ quod ẽ ex
ſupiore parte hexametri archilochus una ſyllaba auxit & fa
cit tale quale ẽ ĩ Horatio: Arboribuſq; comæ:& illud Arma
uirũq; cano: deniq; detrahe ultimã ſyllabã & erunt duo pe/
des qui priori hexametri partẽ habẽt. Dimetꝝ ẽ quod ĩferio
ri parte hexametri archilochus auxit præpoſita una ſyllaba
ĩmo duabus quæ ꝓ una ſũt & ſemipedẽ faciũr:& ẽ tale: No
ua muẽra diuũ: hic tole ſemipedẽ & erit muẽra diuũ. hoc ſi
mile ẽ illi: teruit urbẽ de quo dicã archilochũ ut Ho. Niues
q; deducunt Iouẽ nũc mare: nũc ſiluæ. hic ſæpius coma ex
principio iambici ẽ inferius ex principio hexametri pleriq;
facerent talem rythmum: & mediis properas aquilonibus
bus ire p altũ: littus ama: hic utrũq; coma ex ſuperioꝛ parte
hexametri ẽ: ſed illud ſupius quod ẽ tale: & mediis propas
aquiloĩbus: thetrametrũ heroicũ. Reciprocus uerſus ẽ apd͛
neotericos: talis ẽ: uolo liber tua prædicẽtur acta: acta prædi
cẽtur tua liber uolo. Verſus Sotadicus ẽ ex utraq;: ſed du/
rus ut ad recurſum poſſet conuenire ſotadico iam dictum
rciprocus uerſus alter huiuſmodi eſt Eſſe bonus ſi uis cole
deos optime panſa. Pãſa optime deos cole ſi uis bonus eẽ.

hic in procurſu hexameter eſt: in recurſu ſotadicus. Recipro
ci genus metri Inuenerunt ocia curioſa. Nam repertũ eſt he
xametrum poſſe per hexametrũ recurrere ĩ illo uerſu. Mu/
ſa mihi cauſas memora quo numine læſo. Læſo numine
quo memora cauſas mihi muſa. Reciprocum neoterici ſi
non fallor nouũ protulerunt per duos uerſus nereides freta
ſic Verrentes cærula tranant flamine cõfidens. Flamine tra
nant cærula uerrentes ſic freta nereides. Hic & ĩ Curiẽtibus
& in recurrentibus uerſibus priores hexametri ſunt: poſteri/
ores minori Elegiacus Reciprocus. Item qui talis eſt pio pre
care thure Cæleſtum numina: numina cæleſtum thure præ
care pio: Hic recurrit Iambicus recurrit Elegiacus. Sed Iam/
bicus recipit nonam ſyllabã tertiam ut poſſit recurrere Iam
bicus hexameter fit cum Iambo terminantur: Et ſit talis per
uarias ſemper currunt mea carmina modos dimeter ex tali
Iambico flumina nubibus obuia manent. Si eſſẽt ĩ hoc uer
bo torques eſſet tetrametrum ex heroico pentameter ex tali
Iambicus fieri poteſt. talis undiq; de nominibus ponis indi
cat & uilis. & imo aſtro ponere ubi eſt. Item facies pentame
trum heroicũ ex inferiori ſerenus fecit huiuſmodi uerſum:
qui nauigium nauicula aufers picenæ marginis acta. Supe/
rius cõma eſt ex Anapæſtico coricho de quo ſupra dictum ẽ
Nã hoc qui nauigiũ nauicula aufers ſimile ẽ illi: Audax ni
mium qui freta prius Inferius cõma quidem ẽ talis picenæ
marginis acta ſimile eſt illi troiæ qui primus ab oris ſereni
aliud tale eſt: pingere calumbicum eſt graphidẽ dare pente
nolata. Superius Cõma eſt tetrametrũ heroicũ ex ſuperio
re poſterius cõma eſt dimidium elegiaci De quibus pleniſſi
me eſt diſputatum. Sereni aliud tale quod ſi uirgo feruens
reſeret curat clauſtra puerperii Hic ſũmum ſemipedem de
trahas erit ſyllabæ proximo ſuperiori Serenus cõma huiuſ
modi fecit: in his uerſiculis inſonito ſeptenarius cadens di/
metra hæc & epitrito ſunt: epitritus autem pes conſtat ex
longa & breui & duabus longis poſterior eſt ut iambus aut
pariambus iambico nouum carmen refert: Varro exemplũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eſt tale: pedē rythmum q; finit ſi addas hic quæ detracta ſunt & iambo eundem iambicum ſupplebis ſicut pedem rythmumq; finit alta nauium. pōt cōma tale eſſe quale illud Nam ſi remittent quippiam philomenæ dolores quod ex Iambico Septenario Et illud eſt cōma quod arbiter fecit tale anus recocta uino trementibus labellis.

Etra etiā quæ horatii corpus continet: quod carminū inſcribitur neceſſario. Cōpendioſa diligētia Inſerere Studuimus. Sane attendendū hoc fuit ut ſcires ī omni metro uel maxīe lyrico nouiſſimas uerſuū ſyllabas: ſiue longæ ſiue breues naturaliter fuerint: in differenter ex cōſuetudine omniū poni: ne te moueat cū aut longā pro breui: aut breuem pro lōga poſitā reperis. primæ ode poſt metrum aſclepiadeum habēt: ſcanditur uero ſic: & dicitur penthemimeris: ſpondeus: dactylus ſemipes: dactyli duo Mecenas atauis edite regibus. Alii ſic ſcandunt ſpondeus coriambi duo pyrrichius Mece naſatauis editere gibus Hoc metrum ab Elegiaco tractū ē una ſyllaba tracta: quam ſi reddideris uel ī ſecunda uel intertia ab ultima ſyllaba erit uerſus elegiacus ſic. Mœcenas atauis edite regibus. Item ſi huius nouiſſimā ſyllabam dempſeris erit endecaſyllabum phaleuticum.

Ecūda ode tetracolos motro ſapphico: quod ē pentametrum endecaſyllabum ſcripta eſt: & ſunt eius uerſus ires pares. Recipiunt autem ſinguli quattuor hos pedes binarum ſyllabarum trocheum: ſpondeū: Iambum: & triſyllabum bachium: & ſcanditur ſic: Iamſa tiſter riſniuis atq; diræ. Quartus qui breuis eſt recipit ſtrophen & colon: & clanlicas dipodias appellatur: & ſcāditur ſic dactylus ſpōdeus Terruir urbē. Aliis uero hoc metrum his pedibus placuit cōſtare hippio ſed & coriambo & bachio: & feritur ſic Iāſatiſter riſniuiſat q;diræ. Hoc metrum catalecticum ē quoniam illi ſyllaba eſt quo minus poſſit rei fieri κατὰ διποδίαν. Tertia ode dicolos horatianum metrum habet cuius prior uerſus cum exglotino recipit ires pedes ſpondeum Coriambum & iambū. Sic te diua potens cypri. Alter uero Aſclepiadeum habet & penthemimeris: appellatur ſpōdeus Sactylus ſemipes dactylus ſic: Sed tres helenæ: lucida ſydera. Quarta ode dicolos metrum plauticum habet & conſtat prior uerſus hexametro heroico & ex tribus trocheis ſic dactylus ſpondeus dactylus ſpondei ires ſic. Soluitur: acriſhy: emſgra: tauice ueris: & fa: uoni. Alter uero ex penthemimeri iambica & tribus trocheis ſic Tra hūt q; ſic cas machi næca rinas. Quinta ode tetracolos horatianum metrum habet: & p quaternos uerſus ſcanditur. Nam ex duobus aſclepiadeis & tertio pherecrantio & quarto gliconico conſtat. Aſclepiadeum ſcanditur ut ſupra diximus. Nam duo ponthemimeres & duæ dipodiæ ſunt dactylicæ: ſic ſpōdeus dactylus ſēipes dactylus Quiſmul: tagraci lis: tepuer: ī roſa. ſic & ſecūdus. pherecratium autem eſt trimetrum heroicum ſpōdeus. Grato pyrrha ſub antro. Item gliconium ex ſpondeo et choriambo & iambo. ſic Quiſia: nā religas comina. Sexta ode tetracolos horatianum habet. Cōſtat autē ex tribus uerſibus aſclepiadeis de quibus ſupra diximus ſic: Scriberis: uario: fortiſetho: ſtiū: et quarto gliconio conſtat autem ſpōdeo & coriambo: ſic Miles teducegeſſerit. Alii uero catatripodiam dactylicem ſcandunt ſic ſpondeus dactylus Miles te duce geſſerit Septima ode dicolos metrum archilechium habet quod conſtat hexameter heroico & tetrametro. Item heroico & tetrametro. Item heroicoaretico unus ſic ſpondeus dactylus ſpondeus ſpondeus dactylus dactylus Lauda būtali icla ramrhodon aut mity lenen. Alter uero ſic dactylus dactylus dactylus ſpondeus Antephe ſūbi maris uecho rinthi. Octaua ode dicolos metrum habet anacreontiū & alcaicum ſcanditur uero ſic. Anacreontium excoriambo & baicchio interdum & anapæſto: lidia dic peromnes. Item alcaicum conſtat ex hyppio ſero & duobus coriambis & bachio ſic Te deos oro ſibarin Cur properes amando. Nona ode metrum alchaicum conſtat & ſcāditur per quaternos uerſus nati duos catalecticos tertium hipercata lecticum habet catalectici

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſcāditur ſic hippius tertius Ionicus ἀπὸ μείζονος & ſemi-
pes Siluæ laborātes geluq; quartus ſic dactylus Choriambi
us bachius ſeu amphimaceus Flumina conſtiterunt acuto.
Hoc metrum ab horatio compoſitum: Alio genere ſcandit̃
quod conſtat ex tribus alcaicis primus & ſecundus uerſus ac
penthemimere conſtat iambico & duobus dactylis. Tertius
ex epitritis duobus & ſyllaba. Quartus ex dimetro & heroi
co & dimetro trochaico. Decima ode tetracolos ſapphicum
metrum endecaſyllabū habet: & per quaternos uerſus ſcā-
dit̃: & bachio ſic: Mercuri facūde nepos atlātis in huncmo
dū ſūt ſequētes duo uerſus: quarto ĩcipit ſtrophen uel nicē
celicon climeteon: ſic dactylus ſpondeus Morepa Læſtræ.
Vndecima ode phaleutiū metrum habet & cōſtat uerſibus
qui ſcanduntur ſic ſpōdeus dactylus ſemipes dactylus. Tu
ne quæſieris ſcire nefas quem mihi quem tibi. Duodecima
ode tetracolos ſapphicum metrum habet: quod ut ſupradi
ximus ſcanditur Quē uirum aut heroa lyra uel acri. Tertia
decima ode aſclepiadeum metrū habet: & per binos uerſus
ſcanditur. Alter penthemimeres Appellatur ſpondeus da-
ctyli duo Cum tu lydia telephi. Quarta decima ode aſcle-
piadeum metrum habet & per quaternos uerſus ſcanditur
duo qui penthemimeres appellantur & duo qui tripodia
dactylice dicuntur. ſpondeus dactylus dactylus O nauis re
ferent ĩ mare te noui. Quĩtadecima ode idem metrum ha-
bet: & per quaternos uerſus ſcanditur ſed tres penthemime
res unum qui tripodia dactylice appellatur ſpōdeus dacty
lus ſemipes dactyli duo. Paſtor cum traheret pfreta uaui
bus. Sextadecima ode alchaicum metrū hēt quod ut ſupra
diximus ſcanditur ſic hippius tercius ſemipes choriambus
Iābus. O matre pulchra filiapulchrior. Alii ſic ſcandūtur ex
alcaicis tribus & conſtat unus ex penthemimere iambica: et
dimetro heroico: eodem modo et alter. Tertius uero ex duo-
bus epitritis tertiis et una ſyllaba. Quartus q ſtrophen clau
dit conſtat ex dimetro heroico et dimetro trochaico. Septi
ma decima ode ſupra dictum metrum habet. et ſimiliter

utroq; genere ſcanditur. Velox amoenum ſæpe lucretilem.
Octaua decima ode ſapphicum endeca ſyllabum hēt quod
cōſtat ſpōdeo & tribus choriambis & pyrrhichio: Nullā ua-
re ſacra uite prius ſeueris arborē. Decima nona ode horati-
anum metrum habet & conſtat ex gliconio & aſclepiadeo
quod ſupra ſcriptum eſt in æglega proſeutice Virgilii.
Alio autē genere ſcanditur per binos uerſus quorꝫ unus eſt
tripodia dactylica. Alter pnthemimeres. Mater ſcæua cupi
dinum. Vigeſima ode ſapphicum metrum hēt quod ut ſu
pra diximus Scanditur Vile potabis modice ſabinum. Vi-
geſima prima ode metrum horationum habet & p quater
nos uerſus ſcanditur: quorꝫ duo cōſtant ex aſclepiadeis: ter
tius pherecratio: quartus gliconio. Alii uero ſic ſcandunt
pēthemimeres & duo tripodia dactylice Dianā teneræ dici
te uirgines. Vigeſima ſecūda ode idē metrum habet & per
quaternos uerſus ſcanditur. Sed tres penthemimeres unū
qui tripodia dactylice dicitur qui gliconio metro conſtat
quis deſiderio ſit Pudor aut modus. Vigeſima quar
ta ode alcaicum merrum habet quod ut ſupra diximus ſcā
ditur. Muſis amicus triſticiā & metus: Vigeſimaquĩta ode
idem metrum habet & ſimiliter ſcanditur. Natis in uſū læ
ticiæ ſiphis. Vigeſima ſexta ode exhametro & tetrametro
dactylis cōſtat Te maris & terræ numeroq; carentis harenæ
Vigeſima ſeptima ode ſapphicum metrum quod ut ſupra
diximus ſcanditur. Ouenus regina gnidi paphiq; Vigeſi
ma nona ode metrum habet quod ut ſupra diximus ſcandi
tur: Quid dedicatum poſcit appollinē. Trigeſima ode ſap
phicum metrum habet ut ſupra diximus ſcanditur Poſci
mus ſi quid uacui ſub umbra. Trigeſima prima ode aſclepi
adeum habet metrum & per quaternos uerſus ſcanditur: ex
quibus tres penthemimeres: quartus tripodia appellatur.
Albine doleas plus nimio memor: Trigeſima ſecunda ode
alcaicum metrum habet quod ut ſupra diximus Parcus deo
rū cultor & in frequens. Trigeſima tertia ode æſclepiadeum
metrum habet per binos uerſus ſcanditur ex quibus unus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Tripodia dactylice:alter penthemimeres appellatur. Et ture & fidibus Iuuat . Trigeſimaquarta ode alcaicum metrum habet quod ut ſupra diximus ſcanditur Nunc eſt bibendũ Nunc pede libero . Trigeſima quinta ode ſapphicum me/trum habet quod ut ſupra diximus ſcanditur Perſicos odi puer apparatus:

Rima ode alcaicum mettũ hẽt: quod ut ſupra di/ximus. Scãditur motum ex metello conſule ciui/um . Secunda ode ſapphicũ metrum habet quod ut ſupra diximus: Scanditur Nullus argẽto color ẽ auaris. Tertia ode metrum alcaicum conſtat ex penthemimere Iambica & duobus dactylis: Aequam memento rebus ĩ ar/duis . Quarta ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſu/pra diximus ſcãditur. Ne ſit ancillæ tibi amor pudori. Quĩta ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Septimi gades aditure mecum. Sexta ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Nõdum ſubacta ferre iugum ualet. Septima ode alchaicũ me/trum habet quod ut ſupra diximus ſcanditur O ſæpe mecũ tempus in ultimum. Octaua ode ſapphicum metrum hẽt: quod ut ſupra diximus ſcanditur. Vlla ſi iuris tibi peierati. Mona ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra dixi/mus ſcanditur. Nõ ſemper imbres nubibus hiſpidos. Decima ode alcaicum metrum habet : quod ut ſupra diximus ſcanditur. Rectius uiues licini neq; altum · Vndecima ode alcaicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur Quid bellicoſos cantaber & ſcythes . Duodecima ode aſclepiadeum metrum habet quod per quattuor uerſus ſcandi/tur. Nam tres penthemimeres . Quartus dipodia dactylice appellatur: Nolis lõga ferre bella numantiæ . Tertiadecima ode alcaicũ metrum hẽt : quod ut ſupra diximus ſcãditur. Ille nefaſto te poſuit die. Quartadecima ode hoc idẽ metrũ hẽt: & ſimiliter ſcanditur. Heu fugaces poſtume poſtume. Quintadecĩa ode ſapphicũ metrum hẽt: & ſimiliter ſuperioribus ſcanditur. Ocium diues rogat in patenti. Sextadecĩa

ode habet metrũ alcaicum quod ſimiliter ſupradictis ſcan/ditur. Cur me querelis exanimas tuis . Xvii. ode metrũ hẽt quod ab horatio compoſitũ dicitur: & per binos uerſus ſcã/ditur: ex quibus unus rrochaicus trimiter appellatur: alter pentameter Iambicus una ſyllaba dicit᷑: ſed uterq; pedem poſtremum debet habere longiorẽ. ſanditur autem ſic. Nõ ebur neq; aurum. Item iambicus Sic mea renidet in domo lacunar: accedente ſcilicet Iambico lege quam referemus in Epodon libro: cũ Iãbicos uerſus cæperimus ex ponere. Decima octaua ode alcaicum metrũ habet quod alcaici ſupra/dicti modo ſcãditur. Bacchum ĩ remotis carmina rupibus. Decimanona ode alcaicũ metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur ſic. Non uſitata nec tenui feræ.

Rima ode alcaicũ metrum hẽt quod ſimiliter ſcã/dit᷑. Odi ꝓphauum uulgus & arceo . Secunda ode aſclepiadeum metrũ hẽt per quaternos uerſus ſcãditur . Nam duo penthemimeres duo dipodia dactylice inſunt. Quid fles aſteria quem tibi candida Tertia ode ſap/phicũ Martiis celebs quid agã kalẽdis. Quarta ode aſclepi/adeum metrum habet & per binos uerſus ſcanditur . Nam unius tripodia dactylice: alter penthemimeres ineſt: Donec gratus eram tibi. Quinta ode aſclepiadeum metrũ hẽt & ꝑ q̃ternos uerſus ſcandit᷑: Nã tres penthemimeres quartus dipodia dactylice. Extremũ tanain ſi biberes lice . Sexta ode ſapphicũ metrum hẽt quod ut ſupra diximus ſcãdit᷑. Mer/curi nã te docilis magiſtro . Septĩa ode Ionicũ metrum hẽt & ꝑ ſingulos uerſus ſcãdit᷑. Miſeratũ eſt neq; amori dare ludũ. Omnes tres pedes Ionici ſũt qui απὸ μείζονος appellãtur. Octaua ode aſclepiadeũ metrũ hẽt : & ꝑ q̃ternos uerſus ſcãditur. Nã duo penthemimeres & duo dipodia dactilice inſũt. O fons blãduſiæ ſplendidor uitro. Nona ode ſapphicum metrũ hẽt quod ut ſupra diximus ſcanditur . Herculis ritu mõ dictus o plebs. Decĩa ode aſclepiapdeũ metrũ hẽt & ꝑ binos uerſus ſcanditur: Nam unius tripodia dactylice alter penthemimeres in eſt Vxor pauperibus hibici.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Xi.ode aſclepiadeum metrum hēt:& per quaternos uerſus
ſcanditur. Nā tres penthemimeres quartus tripodia dactyli
cen ĩ eſt. Incluſā danaen turris ænea. Duodecima adchaicū
metrum hēt quod ut ſupra diximus ſcāditur. Heli uetuſto
nobilis ablamo. Tertia decĩa ode ſapphicū metrū hēt quod
ut ſupra ſcādit᷑. Faune nymphaꝝ fugiētiū amator. Xiiii.
ode aſclepiadeū metrum hēt:& p binos uerſus ſcandit᷑. Nā
prior tripodia dactylica ſequens pēthemimeres in ē: Quātū
diſtat ab Inacho. Xv. ode ſapphicū metrum hēt quod ut ſu
pra diximus ſcandit᷑. Nō uides quāto moueas piculo. Xvi.
ode alchaicū metrū hēt: ut ſupra diximus ſcādit᷑. Onate
mecum cōſule mallio. Xvii. ode ſapphicū metrum quod
ſcāditur ut ſupra Mōtiū cuſtos nemorūq; uirgo. Xviii. ode
alchaicū metrū habet quod ut ſupra diximus ſcāditur. Cæ/
lo ſupinas ſi tulleris manus. Xviiii. ode aſclepiadeum me/
trum hēt & p binos uerſus ſcanditur. Nā unus tripodia da
ctyce. alter penthemimeres ĩ ē In tactis opulentior. Xx. ode
ode hoc idem metrū hēt & ſimiliter ſcanditur. Xxi. alcaicū
metrum habet de quo ſupra dictū eſt & ſcanditur. Dixi pu/
elis nup idoneus. Xxii. ode ſapphicum metrū hēt quod ut
ſupra diximus ſcādit᷑ Impios parræ recinentis omen. Xxiii.
ode aſclepiadeū metrum hēt quod ut ſupra diximus ſcandi
tur. Nam unus triſpodia dactylice alter penthemimeres in
ē Feſto qui pocius die. Xxiiii. ode alcaicum metrū hēt quod
ut ſupra diximus ſcanditur. Tyrrhena regū progenies tibi
Xxv. ode aſclepiadeum metrum habet quod ſingulis uerſi/
bus ſcanditur penthemimeres appellatur.

Rima ode aſclepiadeum carmen habet:& per bĩos
uerſus ſcanditur. Nam primus tripodia dactylice
ſunt quoniam penthemimeres ĩ eſt Intermiſſa ue
nus diu. Secunda ode ſapphicum metrum habet quod ut
ſupra diximus ſcanditur. Pindarum Quiſquis ſtudet æmu
lari. Tertia ode aſclepiadeū metrū habet:& per duos pedes
tripodia & pēthemĩeres ſcādit᷑: Quē tu uirū tetigeris ſemel.

Quarta ode alcaicum metrum habet quod ut ſupra dixi/
mus ſcanditur. Qualem miniſtrū fulminis alitem. Quĩta
ode aſclepiadeum metrum habet & per quaternos uerſus
ſcanditur tres penthemimeres quartus tripodia dactylice in
eſt: Diuis orte bonis optime romuleæ. Sexta ode ſapphicū
metrum habet quod ut ſupradiximus ſcanditur Diue
quē proles niobea magne. Septima ode aſclepiadeum me
trum habet quod ut ſupradiximus et per binos uer/
ſus ſcanditur exquibus unus hexameter Diffugere niues re
deūt iam gramina campis: Alterum tripodia dactylica et ſe
mipes Arboribuſq; comæ. Octaua ode aſclepiadeū metrū
& per ſingulos uerſus penthemimeres ſcanditur Donarem
pateras grataq; comodius. Nona ode alchaicum metrum
habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur. Ne forte credas in
teritura quæ. Decĩa ode aſclepiadeū metrum habet & per
ſingulos uerſus ſcanditur: O crudelis adhuc & ueneris mu/
neribus potens. Xi. ode ſapphicum metrum habet: quod
ut ſupra diximus ſcanditur. Eſt mihi nonū ſuperantis an/
num. Xii. ode aſclepiadeum metrū habet & per quaternos
uerſus tribus penthemimeres quarto tripodia dactylice ſcā
dit᷑. Iā ueris comiteſq; mare tēpant. Xiii: ode hoc idē metrū
hēt & p quaternos uerſus ſcādit᷑ duo pēthemimeres duoſ/
tripodiā dactylice habet. Audiuere lice mea uota dii. Quar/
ta decima ode alcaicum metrū habet: quod ut ſupra dixi/
mus ſcanditur. Quæ cura patrum quæue quiritiū. Xv. ode
hoc idem metrum habet:& ſimiliter ſcanditur: Phoebus uo
lentem prælia me loqui.

Rima ode Iambicum metrum habet: & per binos
uerſus ſcanditur. Nam unus Iambicus hexameter
uel trimeter Si cum compoſitis uel quadratis
uerſibus ſcādas dicit᷑: alter tetrameter ſi ſimplicibus dime/
ter Si compoſitis rebus ſcanditur ut hexametrum facias ſic
ſcādas Ibis liburnis ĩter alta nauiū. Ante omĩa tñ meminiſ
ſe debemus uitiū nō eſſe ĩ eiuſmodi uerſibus ſi primus pes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tertius et quintus ſpondei intercæteros iambos occurrent:
Aliquando aliqui ex tribus aliquando nullus : & erit ſince-
rus Iambicus:nõ quod ita appellatur:ſed utiq; ſine alienis
pedibus ideſt ſine ſpondeis in ſecundo aut quarto & ſexto
pedibus. Si quando ſpondei inueniuntur uitioſum uerſũ
pronuntiabimus:hoc & in tetrametro obſeruabimus : Vt
primum pedem & tertium ſpondeum Siquãdo occurrit re
cipiamus ſecundum & quartum iambos reſeruemus. Secũ-
da ode hoc idem metrum habet & ſimiliter ſcãditur. Beatus
ille qui procul negociis Tertia ode hoc idem metrum habet
& ſimiliter ſcanditur Parentis olim ſi quis impia manu.
Quarta ode hoc idem mettum habet & ſimiliter ſcanditur
At o:Quinta ode hoc idẽ metrum habet:& ſimiliter ſcãdit᷑.
Quid immerentes hopites uexas canis. Sexta ode hoc idem
metrũ habet et ſimiliter ſcanditur Quo quo ſceleſti ruitis
aut cur dextris dexteris. Septima ode hoc idem metrũ habet
et ſimiliter ſcanditur Regare longa putidante ſeculo. Octa
ua ode hoc idem metrum habet et ſimiliter ſcanditur Mala
ſoluta nauisexit alite. Decĩa ode hoc genus metri hẽt quod
ab Horatio compoſitum eſt et per binos uerſus ſcanditur:
Nã primus hexameter uel trimeter Iambicus eſt Pecti nihil
me ſicut antea iuuat. Alter ex duobus hexametris dactylico
et iambico componitur: Nam de dactylo duos pedes et ſe-
mipedem habet De Iambico ſimiles quattuor uel compoſi
tos duos. Scanditur autem ſic Scribere uerſiculos amore
percuſſum graui. Vndecima ode aſclepiadeum habet et
per binos uerſus ſcanditur:nam unum hexametrum alter
tetrametrum dactylicos habet Quid tibi uis mulier nigris
digniſſima barris. Duodecima ode metrũ hẽt quod ab Ho-
ratio cõpoſitũ dicitur:et per binos uerſus ſcãdit᷑ ex quibus
unus hexameter:heroicus eſt: Horrida tempeſtas cælũ con-
traxit et imbres: Alterum dactylico et Iambo componitur:
nam quattuor pedes Iambus habet:uel duos ſi compoſitos
ponere malueris:et duos dactylicos et ſemipedem. Scandit᷑
autẽ ſic Niues que deducunt Iouem nũc mare nunc ſiluæ.

Xiii. ode æque ab horatio cõpoſita dicitur & per binos uer-
ſus ſcanditur ex quibus unus hexameter dactylicus alter te-
trameter iambicus uel dimeter Mollis inertia cur tantã dif-
fuderit imis. Xiiii. ode hoc idẽ metrũ habet & ſimiliter ſcã
ditur Nox erat & cælo fulgebat luna ſereno: Quintadecima
ode ex duobus hexametris cõſtat dactylico & Iambico. Alte
ra iam teritur bellis ciuilibus actas. Sextadecima ode uel Iã-
bicum metrum habet:& per ſingulos uerſus ſcanditur. Iã
iã efficaci do manus ſcientiæ. Hic uerſus qui carmen ſecula-
re appellatur Sapphicũ metrum habet quod ut ſupra dixi
mus ſcanditur Phœbe ſiluarumq; potens diana.

Hactenus quæ didici & legi & quæ mediocri uſu comprehẽdi
tribus his commentariis retuli ſperans me profecto legenti
um gratum teſtimonium ſi non laboris certe ſimplicitatis
conſecuturum. FINIS.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VETVSTISSIMI AC PERSPICACISSIMI PHOCAE GRAMMATICI DE NOMINE ET VFRBO LIBER INCIPIT.

a Rs mea multorū es: quos ſæcula priſca tulere:
Sed noua te breuitas aſſerit eſſe meam.
Omnia cum ueterum ſint explorata libellis:
Multa loqui breuiter ſit nouitatis opus.
Te relegāt iuuenes: quos garrula pagina terret:
Aut ſiquē paucis ſeria noſſe iuuat.
Te longinqua petēs comitem ſibi ferre uiator
Ne dubitet: paruo pondere multa uehis.
Te ſiquis ſcripſiſſe uolet: non ulla queretur
Damna: nec īgrati triſte laboris onus.
Es quod quiſq; petat: nunq̄ cenſura diſerti
Hoc contemnet opus: ſi modo liuor abeſt.

Redo nonnullos hoc meum miraturos opuſculū: ꝙ in tanta doctiſſimorum hominū copia qui uarie diligenterq; emēdati ſermonis præcepta tradiderūt: ego potiſſimū auſus ſim temerario ac pene ſacrilego conatu libellum de arte cōminiſci. De quo prius excuſādum puto q̄ de titulo operis diſſeram. Cū ſciam plurimos quidem regulas artium per ordinem digeſſiſſe: quibus ad prærogatiuam ſolertia uel antiquitas ſuffragata eſt. Sed eorum alios late copioſeq; ſcripſiſſe ita ut ſuperflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur. Alios dū breuitati ſtudēt: admodū diffuſam coartaſſe materiam: ut ſterili cōpendio nihil ad integram ſcientiam lectoribus conferant. Adoleſcētes uero noſtri ſæculi non deſiderio litterarū nec amore uirtutis ad ſtudia ſe applicāt: ſed aut neceſſitate cōpulſos: aut odore uoluptatū per ætatē afflatos execrari magiſtratos: quorum ut quiſq; eſt diligentior: eo maiori odio premitur. Et gymnaſium ſapientiæ: quo ad beatam uitā ſemita demōſtratur: uelut teterrimum carcerem deteſtari. Alios autē quanuis ſcire cupiāt: ōne tamē fructuoſi laboris onus detrectare nec aſſiduis inhærere lectiōibus:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nec curioſa perſcrutatione ueterum eruere cōmētarios:qui dū ſēper aſſidui nolunt fieri docti eſſe nō poſſunt. Ic circo fateor me negotiū hoc ſuſcepiſſe pluribus profutuꝝ: niſi qui nouellā artis expoſitionē tractare faſtidiunt: precipue quæ diſcipulis noſtris proderit:quibus aduerſus obliuionis iacturā & percunctantiū tentamenta cōſultum eſſe deſidero: ī hoc nāq; noſtræ profeſſionis ſūma uerſatur:ut ī alioꝝ ſcientiam tui periculū facias nec ipſe ſcias ſed alios docueris eruditus eſſe uidearis. Nominum igitur regulas & uerboꝝ in unum cōgeſſi:quoniā hæ fere principatum in partibus orationis obtinent:multumq; difficultatis habent: & ſup cæteris habunde dictum a ſūmis auctoribus æſtimo: quo ī opere nihil mihi ſumam:nec a me noui quicq̄ repertū affirmabo. Multa nāq; ex multorum libris decerpta cōcinna breuitate concluſi:ut ne ieiuna parum inſtruat compēſatio nec uerboſa prolixitas faſtidium legētibus moueat. Siquid aūt a nobis in ſuſcepto negotio commode tractatū eſt:malo id lectoris iuditio laudari q̄ noſtra prædicatione iactari. Tu tamen īduſtria tua petulantiæ noſtræ crimē excuſabis: uel laudis ſi quid merebitur ampliabis.

Aggreſſus ſum nominum regulas breuiter explanare & ſcrupuloſam difficilemq; materiam adoleſcentibus puiam facere. Quoniam omnis ambiguitas in genere nominis & declinatione conſiſtit. Primum latina: a græcis diſcreui:ne cōfuſione uarietatis perturbaretur memoria. Deinde monoſyllaba cōgeſta præpoſui:quæ diuerſi quidem ſunt generis. Tercii autem ordinis formulam tribus exeptis ſequuntur: & ſunt fere hæc.

Maſculini generis: as:dens: grex:flos:fons:las:mons: mos: mus: mas: praes:mars:pons:lar: pes:ros:rex: ſal:ſol:uir: uas:dis. Ex his unum eſt ſecundæ declinationis:uir.

Fœminini generis arx:ars:calx:crux:cos:dos:frons:gens:falx: fax:fex:glis:lux:lex:lis:lens: glanx:lanx:mors:mens:nux: nix:nox:pix:ops:prex:pars:res:ſpes: ſors:ſtirps: trabs:uis: grus:urbs:uox:nar:narris. Ex his duo ſūt quīte decliātiōis contra regulam ſpes:& res.

Neutri generis ſunt hæc aes:crus:cor:fas:far: git:ir:ius:mel: os:pus:tus:fel: lac:rus:uer:uas:uaſis. Ex his quattuor minime declinantur fas:git:pus:ir. Quattuor ī plurali numero deficiunt:nam tres tantum caſus habent: far:ius:rus:& aes ſimiliter.

Communis generis bos:dux:ſus:fur:grus.

Omnis generis hæc duo ſola par:trux. Expoſitis monoſyllabis cuiuſcunq; ſint generis de cæteris quorunlibet ſyllabarum nominibus diſſeremus:quæ his clauſulis terminātur quattuor uocalibus præter. i. & ſemi uocalibus præter. f. & una muta. t. de quibus ordinate regulas ſubiectas notabimus:exceptis illis quæ minime declinant̄:Fas nefas:nihili: nugas:gumi:frugi:& ſinapi: pedum:nequā. Ex his neutri generis fas:nefas:nihili:nugas:gumi:neq̄ alia ōnis gn̄is.

A terminata maſculina ſunt propria ut ſylla: ſeneca: Catiliā: Cotta: Tuca: Agrippa: Pāſa: Pauca ſunt appellatiua maſculini generis ut hic laniſta: hic dāma: hic talpa:hic popa: hic nauta:hic poeta:hic collega:hic ſcurra:hic liſſa:hic aſſela:hic ſcriba:hic profuga: hic tranſfuga:hic homicida:hic paricida. Quæ alii cōmunis eſſe generis dicunt. Et illa quæ a uerbis colo & gigno componuntur: ut hic & hæc cælicola: agricola ſiluicola: terrigena rurigena. Reliqua appellatiua omnia fœminini ſunt generis & primæ declinationis:ut fortuna:ſchola:terra:arena:carina: habena. Neutri generis latina ſunt nulla. Communis generis hæc ſola hic & hæc pediſequa:aduena:conuena:auriga: cōuiua:uerna:& omnia primæ ſunt declinationis:Barbara neutri generis duo lecta ſunt:apud Saluſtium nomina fluminum hoc Moluca hoc turia.

E finita neutri generis ſunt omnia & tertiæ declinationis:ut hoc ſedile:monile:ræte:mare.

O terminata tertiæ declinationis ſūt omnia ſed diuerſi generis:nam quæ in. o. puram deſinūt. e. uocali præpoſita maſculini generis ſūt:ut hic ganeo: aleo:labeo:quæ nomīatiuū

& uocatiuũ ſolum habent. Quæ.i.ante.o.habent aut pro pria maſculini ſunt ut Curio: Scipio: aut corpus quidem ſi gnificãtia generis maſculini ſunt: ut hic ſtelio: unio: hiſtrio Centurio: Curculio: quaternio: mulio: & omnia.o.litteram ĩ obliquis caſibus ꝓductam ſeruant excepto uno: anio: flu men eſt italiæ: quod anienis facit. Rem auté incorporalem ſignificantia plæraq; a uerbis tranſferuntur & ſunt generis fœminini ut hæc oratio: ratio: actio: ſtatio: ortatio: religio. Et hæc ſimiliter nomĩa per õnes caſus.o.producũt præter ntm̃ & uocatiuum numeri ſingularis: præpoſita uero. b. lit tera uel qualibet conſonante propria uel appellatiua maſcu lini ſunt generis: ut hic carbo: libo: præco: mucro: bubo: la tro: homo: tyro: ſermo: pauo: cato: Excepto uno ꝓprio fœ minini generis hæc iuno: & altero appellatiuo quod.o.litte rã in obliquis caſibus amittit: ut hæc caro carnis: ſed duæ ſo læ cõſonãtes. g.d. quibus precedentibus.o.littera nomina generis fœmiuini ſunt ut hæc imago: caligo: fuligo: origo: propago: irundo: erugo: arundo: magnitudo: altitudo: teſ tudo: ſimilitudo: fortitudo: quæ.o.in i conuertunt in obli quis caſibus: Excipiunť ĩ utroq; genere maſculina: ut hic li go hic mãgo: hic prædo: hic cudo: hic ſpado: quæ.o.produ cũt hic cardo: hic ordo: quæ ſuperioré formulã ſequũť. Sũt & quattuor tãtũ modo quæ neutralia ée poſſũt: quoꝝ pars dimidia declinationem patitur: ut duo & ãbo. pondo: auté & octo monoptota ſunt: & tantum pluraliter efferuntur: ut hæc pondo: nam unum pondo non dicimus: ſed in librã efferri poteſt: duo.n. & tria põdo & de ĩceps obſeruabimus uel quotiens de neutro loquimur correpte dicimus pondo: in accentu longo duo homines & ambo homines duæ mu lieres & ambæ mulieres dicuntur. Duo autem & ambo & ſi correpta eſſe uideantur tamen in accuſatiuo dupliciter effe runtur: nanq; hos duos & hos duo et ambos & ãbo. Apud auctores muenimus cõmunia hi & hæc duo & hæ duæ & ambo & ambæ. horũ duorum & amborum. harum duaꝝ & ambarum. duobus et ambobus. duos & ambos. duas & ambas duo et ambo: duobus & ãbobus: duabus et ãbabus.

V terminata ſine controuerſia neutri generis ſunt: & quartæ declinationis. aptota inſingulari numero: in plurali declinã tur: et ſunt perpauca quæ pluralem numerum admittũt ge nu: cornu: ueru: ſpecu: tonitru. Cætera ſẽper ſingularia ut hoc ſeru: gelu: pecu: teſtu. Dicimus tamẽ & hæc teſta & hæc pecua.

Al ſyllaba finita neutri generis ſunt et tertiæ declinationis: ut hoc animal: lis. hoc uectigal hoc tribunal hoc lupcal. Vnũ eſt maſculini generis monoſyllabũ hic Sal ſalis: & barbara propria ut hic hanibal adherbal: haſdrubal: hiemſal.

El neutri generis ſunt ut mel et fel.

Il ſyllaba terminata maſculini generis ſunt hic pugil: hic mu gil: ſed Iuuenalis hic mugilis ntm̃ dixit: unum cõmunis ut hic et hæc uigil: unum fœminini generis ut hæc tanaquil: & omnia exẽplo tertiæ declinationis ĩ flectuntur.

In ol unum inuenitur maſculini generis ut hic ſol.

Vl ſyllaba finita duo ſunt maſculini generis ut hic conſul et hic præſul. unũ cõmunis ut hic et hæc exul. Exul adhuc ia cet umbra ducis lucanus: et ſunt tertiæ declinationis conſu lis: præſulis: exulis.

Vm ſyllaba terminata ſunt gñis neutri et ſecundi ordinis ut telum: cælum: bellum: imperium: regnum: fatũ: ĩ hac extre mitate nulla ſibi locum ambiguitas uendicat.

En ſyllaba quæ finiuntur.i.uocali præpoſita duæ tãtũmodo maſculini gñis ſunt: ut hic rien nis: hic lien nis: quæ in obli quis caſibus.e.litterã productã ſeruãt. Et ſepté alia eiuſdẽ gñis antepoſitis conſonantibus hic flamen: ſacerdos iouis: hic pecten: hic tybicen: hic fidicen: hic tubicen: hic cornicé: hic lyricen: cætera neutri generis ſunt: proculdubio et tertiæ ſimiliter declinationis: ut hoc carmé: nis. certamen: limen: numen: omen: crimé: examé: gluté: nis. et his ſimilia.

Ar ſyllaba terminata generis ſunt neutri õnia ut hoc iubar: hoc torcular: hoc puluinar: hoc laquear: hoc lacunar: præter unum proprium maſculini generis hic Cæſar: hæc quoq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tertiæ declinationis formulā ſequuntur: ſed neutra in obli-
quis caſibus. a. productam habēt: notatur iubar quod ſolū
correptam. a. habet: ut uirgilius iubare exorto.

Er ſyllaba finita exceptis duobus fœminini generis hæc mater: hæc mulier. et neutris his hoc uber: hoc ſuber: hoc pa pauer: hoc cadauer: hoc laſer: hoc tuber: hoc ſiſer: hoc cicer: hoc citer: quæ omnia tertiæ ſunt declinationis. Cætera maſculini ſunt generis: alia ſecundæ: alia tertiæ declinationis. Maſculina igitur in er ſyllaba deſinentia ſi faciunt ex ſe fœminina. a. littera terminata ſecundi ſunt ordinis: ut hic pulcher: pulchri. ater: atri. niger: nigri. Quorum fœminina ſūt pulchra: atra: nigra. Notatur ſequeſter quod ſequeſtra facit fœmininum: et eſt tertiæ decliatiōis. Quæ ex ſe aut nulla faciunt fœminina: aut in is ſyllabā mittunt tertiæ decliationis. hic pater. tris. frater: tris: hic paſſer: ris. anſer: ris. carcer: ris. agger: ris. hic acer: huius acris. nam fœmininū facit hæc acris. Vt horatius ſoluitur acris hyems. hic alacer: cris hic uolucer cris: medioceꝛ mediocris. celer: ris. equeſter: ſtris pedeſter: pedeſtris. Excipiuntur pauca quæ q̄uis in fœmininum genus. a. terminatum minime tranſeant: ſecundæ tamen ſunt declinationis: ut hic puer: pueri. hic gener: ri. hic ſocer: ri. liber: ri. auſter: ri: aper: pri. cancer: cri: oleaſter: ſtri. caper capri. culter: cultri. raſter: ri. faber: bri. unum in uenitur cōmunis generis quod iuxta rationem communiū tertii eſt ordinis: ut hic & hæc pauper pauperis. Quidam adiiciunt: hic & hæc uber: uberis.

Ir ſyllaba terminatur unum monoſyllabum generis maſculini ſecundæ declinationis hic uir: uiri. Et ſiqua ex illo cōponuntur ut hic ſemiuir: duumuir: triumuir: ſeptemuir: decē uir: leuir: quæ eiuſdem ſunt declinationis. Vnum præterea neutri generis repertnm eſt: & monoſyllabis inſertū hoc ir indeclinabile.

Or ſyllaba finita maſculini ſunt generis & tertiæ declinationis ut hic odor odoris: hic olor ris. hic amor amoris: liquor liquoris. Exceptis tribus quæ ſexus in fœminino genere deſendit: eiuſdē tamē decliationis hæc uxor: hæc ſoror: hæc arbor. Et neutris his: hoc ador: hoc marmor: hoc æquor: hoc ebor: hoc robor: quidam et hoc fœmor: rationabiliter annumerāt. Vnum eſt cōmunis generis hic & hæc auctor. Vnū omnis hic & hæc & hoc memor: & compoſitum exeo: immemor. Et omnia in hanc ſyllabam deſinentia. o. ī obliquis caſibus productam habent: ſi ſunt appellatiua & latīa Excepto arbor & ſupraſcriptis neutris et memor & immemor. Propria latina ſiue græca. o. corrptam habent: in omnibus caſibus ut actor ris. hector ris. Quæ in or ſimiliter deſinunt. I. littera uocali præpoſita cōmunis ſunt generis eiuſdem declinationis tertiæ. ſ. et omnia comparatiui ſunt gradus hic & hæc melior: ris. doctior: ris.

Vr ſyllaba finita generis maſculini hæc ſūt: hic fur: hic ſatur. Sed fur iuxta quidem rationem monoſyllaborū tertiæ eſt declinationis: quod alii communis generis eſſe dixerunt. Satur autem ſecundæ quoniam fœmininum ſatura facit. Præterea hic turtur: uultur: maſculini generis & epichenon eiuſdem declinationis tertiæ. Cætera neutri ſunt generis eiuſdem decliationis: ut hoc guttur: hoc ſulfur: hoc fulgur: hoc murmur: hoc iecur: ris: uel iecinoris unum cōmunis generis hic & hæc augur: ris.

As ſyllaba terminata fœminini ſunt generis tertiæ declinationis: ut hæc dignitas: pietas: facultas: ciuitas: poteſtas.

A littera in omni caſu producta pauca inueniuntur maſculini generis partim propria partim a propriis ciuitatum nominibus tranſlata ut hic latinas latinatis mæcenas mæcenatis: hic Arpinas: arpinatis. hic capenas: capenatis.

Es ſyllaba quattuor modis nomina terminantur: i. in es productam præpoſita conſonante ante: es. In es correptam ſimiliter præpoſita qualibet cōſonante ante: es. In es puram producta uocali. i. præpoſita āte. es. ī eadem pura correpta. Nomina igitur quæ in es productam deſinunt conſonante præpoſita generis ſūt fœminini et tertiæ decliationis toti dē ſyllabis ī genitiuo et ī cæteris caſibus quot ī nominatiuo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ꝑferunt ut hæc nubes:bis.cædes:cædis.proles:ꝑlis.moles:
molis.ſtrages:ſtragis.labes:labis.pubes:bis.plebs:bis. Ex-
cœpto uno quod eiuſdem generis eſt:ſed quītæ declinatio
nis ut hæc fides fidei:& ceres quod in genitiuo extra morē
omnium plus una ſyllaba profertur nam cereris ſacit. et
merces mercedis:in eadem extremitate quattuor reperiun
tur propria maſculini generis: eiuſdem declinationis:hic
hercules:herculis.cocles:cloclis. uerres: ris. ulyxes:ulyxis.
Et quæ cōponuntur a pede nihil a declinatione ſimplicis
diſcrepantia:ut bipes: tripes:quadrupes: hæc etiam cōmu
nis eſſe generis multi affirmant ſonipes:alipes. Duo præte
terea ſūt communis gencris quæ in genitiuo uua ſyllaba
adcreſcūt ut hic & hæc hæres hæredis.locuples locupletis.
Quæ es correpta terminantur præpoſita cōſonante maſcu
lini ſunt generis tertiæ ſimiliter declinationis:& una ſylla
ba ī genitiuo creſcūt:ut hic poples:poplitis.hic fomes fomi
tis.miles:militis.gurges:gurgitis:ſtipes:ſtipitis.hic ceſpes:
tis.hoſpes tis. nā fœmininum hoſpita facit. Excœptis his
quidē fœminini generis hæc ſeges:ſegetis.teges:tegetis. Cō
munis uero accidētibus licet hic & hæc teres.hic & hæc præ
pes:hic & hæc hebes:comes comitis.ſoſpes ſoſpitis. ſuper-
ſtes:ſuperſtitis:Et omnia genitiuum ī tis ſyllabam mittūt.
Notantur hæc ſola quæ in dis non in tis faciunt genitiuum:
hic & hæc præſes:dis. hæres:hæredis.deſes:dis.obſes:dis.
Quæ in es productam et puram deſinunt fœminini ſunt
generis et declinationis quintæ:ut hæc facies: faciei.acies:
aciei.effigies:ei.Excœpto uno īcerti gn̄is:quod nunc mas.
nūc fœmininum ut hic uel hæc dies:diei.et qnod ex eo fi-
guratur maſculini generis ut hic meredies meridiei.Vnum
præterea notatur eadem clauſula finitum generis fœmini-
ni tertiæ declinationis hæc quies: quietis. Quæ in es correp
tam.i.præcedente uocali deſinunt:duo ſunt maſculini ge-
neris hic aries:paries:unum fœmininum hæc abies: et ter-
tiæ ſunt declinationis faciunt. n.genitiuum arietis:parie-
tis:abietis.

Is ſyllaba finita præpoſitis:n.&.c. cōſonātibus maſculini ſūt
gn̄is hic panis:hic funis:finis:ānis:ignis:clunis: piſcis: hic
faſcis.Vnū fœminini eſt gn̄is hæc bipennis:unum cōmuīs
hic & hæc canis:ōnia tamen ſunt tertiæ declinationis et illa
gn̄is ſūt maſculini:quæ ī gtō una ſyllaba adcreſcūt. Vt hic
lapis:dis.hic puluis: ris.hic ſanguis:nis.uomis:ris.hic cinis
ris.hic polis:nis.hic pubis:ris:ut Tullius filiūq; eius impu
berem.Ex his unum tamen fœminini gn̄is ē hæc cuſpis:dis
Cætera qualibet conſonāte is ſyllabā præcedente fœminini
ſunt generis et eiuſdē declinainationis tertiæ.ſ.ntm̄& gem̄
parē habentia ut hæc auis:claſſis:clauis:turris:puppis: hæc
cutis:hæc pellis :hæc ſecuris:meſſis : nauis:ſcrobis: ſcobis:
hæc bilis.Sed ſi ſunt accidentia.i. ad corpus uel ad animā
ꝑtinentia:uniuerſa cōmunis ſunt gn̄is & tertiæ declinatio
nis & neutra ex ſe faciunt.E.littera terminata nihil a declīa
tione communium diſcrepantia:ut hic & hæc fortis & hoc
forte:huius fortis:hic et hæc dulcis & hoc dulce: huius dul
cis: hic & hæc ſuauis & hoc ſnaue: huius ſuauis: & quæ
deriuantur a principalibus.is. ſyllaba finita eandcm regu
lam ſequuntur:ut a populo hic & hæc popularis & hoc po
pulare: huius ris. ſpecialis:ſpeciale & quæ ſimilia ſūt.Sūt
præterea pauca nomina eadem clauſula finita:quæ neq;.n.
neq;.c.ante is ſyllabam habent maſculinui generis:neq; in
genitiuo plus una ſyllaba proferuntur: ut hic fuſtis: hic
enſis: hic poſtis: hic anguis: hic unguis: hic follis: hic
collis: hic corbis: hic menſis: hic uectis: hic torquis: hic
orbis:Præterea & quæ ſuperius nominauimus omnia aut
fœminini ſunt generis:aut communis.Nam ſuper declīa
tione nulla eſt ambiguitas.
Os finita ſyllaba tria ſūt generis maſculini hic mos:hic flos:
hic ros.duo fœmīini hæc.cos:hæc dos.Vnū neutri hoc os:
oris.quidam & hoc os oſſis adiiciunt. Vnum cōmunis hic
& hæc bos.et ommia ſecundum diffinitam ſpius regulam
monoſyllabarum tertiæ ſunt declinationis.
Diſyllaba tria quorum duo ſunt maſculini generis unum

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cõmunis eiuſdẽ declinationis.hic lepos:leporis . nepos:ne
potis.hic et hæc cuſtos:dis.ſimiliter hic et hæc ſacerdos:tis.
Vs ſyllaba terminata nomĩa maſculini ſunt generis & fœmi
nini aut neutri. Tantũ unũ eſt omnis generis tertiæ declina
tionis:hic et hæc & hoc uetus:ueteris. Sed maſculini gene
ris noĩa aut ſecundæ ſũt declinationis aut quartæ . Excœp
tis duobus quæ ſũt tertiæ declinationis:hic ligus:ris. & hic
lepus:ris. Sed illa maſculĩa ſecũdæ declĩationis accipiũt for
mulã quæ in fœmininũ genus tranſeunt . Illa quartæ quæ
aut a uerbis ueniũt aut in fœmeninũ genus nõ trãſeunt:ut
hic aſſenſus:huius aſſenſus a uerbo aſſẽdo:hic motus hu
ius motus:hic riſus huius riſus:hic portus huius portus:
hic arcus huius arcus:qm̃ in fœmtninum nõ trãſeunr.Sed
quoniã plurina ĩ ueniuntur quæ nec a uerbis ueniunt:nec
minus quartæ ſunt:neq; fœmininũ ex ſe faciunt & tamen
ſecũdæ ſũt declinatiõis:diſcernẽdæ ãbiguitatis cauſa diligẽti
ĩquiſitione ſubiectas notauimus regulas:quo facilius decli
natiõis diuerſitas deprehẽdi poſſit.Ergo.us.ſyllaba termi
nata nomina maſculini generis propria uel appellatiua ſi
ue fœmininum ex ſe faciunt:ſiue in aliud genus minime
tranſformantur ſecundæ ſunt declinationis . Vt terentius:
tii.marcus:ci.bonus:ni.campus:pi. hortus:ti.fumus: mi.
nidus:di.fungus:fungi.mergus:gi:ſomnus . ni . lucus: ci.
Duo notant̃ quæ ſuperius poſuimus tertiæ declinationis
us.ſyllaba termĩata eiuſdẽ gñis hic ligus:ris:lepus:ris.Quæ
a uerbis aut nomĩbus ueniũt principalibus quartæ ſunt de
clinationis:ut hic ſtatus huius ſtatus.hic ductus huius duc
tus:hic motus huius motus.hic conſulatus:hic tribunatus
magiſtratus:eqtatus.principatus : hic reptus hic receptus:
huius receptus : hic uiſus huius uiſus . Notantur hæc
quæ nec a uerbis ueniunt : nec a nominibus deriuantur :
& tamen quartæ ſũt declinationis generis maſculini hic
arcus huius arcus : hic gradus : fructus . ceſtus : æſtus
portus:lacus.ſinus:currus : cultus : luxus : ſenatus : faſtus
aſtus:pictus:rictus:ritus : fœtus:ſitus . Fœminini generis

eadem ſunt extremitate finita:& ſecundæ declinationis ſũt
tria tantum:hæc colus.huius coli:hæc aluus:alui . hæc hu
mus:humi.et omnia arborũ quæ in eadẽ ſyllaba deſinunt
fœmĩini generis ſũt:hæc pyrus:pyri:hæc prunus:ni.fagus
gi.taxus:taxi:fraxinus:fraxini.hæc ulmus:ulmi:hæc alnus
ni. Tertiæ pauca ſũt hæc tãtum . ſalus:ſalutis:palus:dis.iu
uentus:tis.ſenectus:tis.ſeruitus:tis.tellus:ris.uirtus:tis.ue
nus:ris ,Quartæ hæc tantun hæc anus:huius anus.hæc por
ticus huius: porticus. hæc domus : hæc nurus:hæc ſocrus:
hæc quercus.Neutralia illa ſunt:quæ ĩ gtõ una ſyllaba creſ
cunt et in ris deſinunt ut hoc decus decoris hoc ſydus ris.
põdus:ris.hoc pecus:ris.Excœptis tribus quæ ſecundæ ſũt
declĩatiõis correpta.us. ſyllaba hoc uulgus:uulgi.hoc uirus
uiri.hoc pelagus:pelagi.Alia omnia maſculini ſũt generis
et declinantur cxẽplo ſecundæ declinationis aut quartæ iux
ta deffinitas ſuperius regulas.

Ax ſyllaba termĩatur unum maſculini gñis proprium:ut
hic Aiax.unum fœmininum hæc fornax. Alia omnia ſunt
accidentia & trium generum hic et hæc & hoc audax: rapax
fallax:loquax:pertinax:minax:procax:cõtumax:peruicax:
et omnia ad inſtar tertii ordinis declinantur et.a.ĩ obliquis
caſibus productam habent.

Ex ſyllaba finita maſculini ſunt generis declĩationis tertiæ ut
hic uertex uerticis:hic culex:cis . codex:cis.latex:ſorex: pol
lex:cis.hic cortex:cis.hic murex:cis . Fœminini generis hæc
ſola hæc ſilex.ut Virgilius ah ſilice in nuda : hæc illex cis.
carex:cis.Si ſint accidentia quæ in ex deſinunt omnis gene
ris ſunt nihil a declinatione diſcrepantia:nan tertiæ decli
nationis ſunt:ut hic & hæc et hoc ſimplex:duplex:artifex:
opifex:aurifex:et omnia in genitiuo et in cæteris caſibus.e.
litteram ĩ.i.conuertunt. unum reperitur maſculini generis
quod.e.producit in obliquis caſibus hic ueruex ueruecis.

IX ſyllaba quæ terminant̃ maſculini generis hic calix:cis.hic
fornix:cis: uarix cis.fœminina ſũt hæc:hæc ſalix:hæc filix:
hæc radix:hæc ceruix:hæc matrix:hæc cornix:hæc lodix . Ex

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

his poſteriora quattuor. i. producunt in obliquis caſibus.
accidentia trium generū ſunt: ut hic et hæc et hoc fœlix fœ-
licis: hic et hæc et hoc pernix in eadem ſyllaba præpoſitis cō-
ſonantibus quarū prior muta altera liquida eſt. Nomīa fœ
minina generis deſinunt in. x. quæ a maſculinis. tor. ſylla
ba finitis et a uerbo uenientibus figurantur. ut hic genitor
hæc genitrix: hic uenator hæc uenatrix. bellator: bellatrix.
uictor uictrix. Vnum eadem clauſula terminat̃ maſculini
generis nomē ſerpentis: apud lucanum lectum eſt: et natrix
uiolator aquæ. Duo fœminini quæ a maſculinis non ueni
unt: hæc meretrix hæc cicatrix. Omnia tamen proculdubio
tertiæ declinationis ſunt.

Ox. ſyllaba finita excœptis monoſyllabis oīa accidētia ſūt ge
neris oīs ſed iuxta rationē ſuperius demonſtratam ut hic &
hæc et hoc ferox: atrox uelox: hæc quoq; eiuſdē declinatiōis
legibus ſubiacēt. Vnū fœminini gn̄is hac extremitate apud
plautū lectum eſt: hæc Celox quod ſcapham ſignificat.

Vx ſyllaba terminat̃ unū maſculini gn̄is propriū hic pollux:
cis. Monoſyllaba cuiuſcūq; ſit gn̄is diffiniuimus. Fœmini
ni monoſyllaba lux: nux: crux. Quidā cōmunis gn̄is hac ſyl
laba finitū aſſerūt hic & hæc coīūx: q ntm̄ ſīe. n. littera pro
ferri uolūt: quia ī gtō & aliis caſibus eadē littera nō ſeruat̃.

T. littera muta unum nomen terminatur: generis neutri
hoc caput capitis. & quæ ex eo cōponunt̃ occiput: tis. Sin
ciput: tis. Perſius et ſiſſa fumoſū ſinciput aure: quæ ī duas
deſinūt cōſonātes excœptis ut ſæpius dictū eſt monoſylla-
bis: ſi ſint accidētia triū generū: ſūt & tertii ordinis remota
ambiguitate declinatiōis: ut hic & hæc et hoc īgens: tis. hic
& hæc & hoc celebs bis: hic & hæc et hoc inops: pis. Solers:
tis: cōſors tis. hic et hæc et hoc potens. Pauca ſūt maſculini
gn̄is propria hic mauors mauortis: hic Aruns aruntis. Pau-
ca appellatiua quorum alia maſculini generis: alia fœmini-
ni hic adeps: pis. hæc cohors cohortis: hæc hyems hyemis:
et ſimilia.

Explicit regula latinorum: Incipit græcorum

Oeliciter expoſitis latinorū regulis: græcorum quoq;
tractanda eſt declinatio. Qua plærumq; utimur ī ſer
mone & maxime propriis: quæ in uſu latinæ linguæ admiſ
ſa ſunt: ut etiā certis diffiniēda ſint regulis. Memineris au
tem omnia græca nomina propria uel appellatiua aut pri-
mæ eſſe declinationis aut ſecundæ: aut tertiæ: generis maſ-
culini: feminini: neutri. Sed primæ quidem & ſecundæ de-
clinationis maſculina & fœminina reperiuntur tertiæ. autē
maſculina fœminina neutra. Quæcunq; nomina as: uel es
uel. a. ſyllaba terminantur ſi apud græcos genitiuum in ου:
mittunt apud nos ſunt primæ declinationis: ut ὁ αἰνείας
τοῦ αἰνείυ: hic Aeneas: neæ. ὁ λυσίας τοῦ λυσίυ. lyſias
lyſiæ: ὁ ἀμύντας τοῦ ἀμύντου. Amintas: tæ. ὁ δαμοίτης
τοῦ δαμοοίτου. Damœtas: damœtæ. ὁ κλοάντης τοῦ:
κλοάντου. Cloantas: cloantæ. Exceptis his ὁ ἰωάννης:
τοῦ ἰωάννου. Ioannes ioannis. ὁ ὀρόντης τοῦ ὀρόντου.
orontes orontis. ὁ ὀρέϛης τοῦ ὀρέϛου. oreſtes oreſtis.
ὁ ἡρώδης τοῦ ἡρώδου. hic herodes herodis. ὁ πυλάδης
τοῦ πυλάδου. Pylades pyladis. omnia maſculini generis
ſunt. Item illa flexa quæ. ſ. littera adempta faciunt apud il-
los genitiuum: ſimiliter apud nos eiuſdem ſunt declinatio-
nis: ut Antas antæ. Menas menæ. Quæ & accuſatiuum ſin
gularem in. n. potius q̄ in. m: ſyllabam terminā̄t ut æneam
anchiſen: Liſian: ſimili ratione: patronymica nomina decli
nantur ut hic Priamides: dæ. pelides: pelidæ hunc priami-
den: pelidē. Græca autē fœminina quæ. a. littera finiūt̃ pri-
mæ ſunt declinatiōis ut hæc medea medeæ. phedra: ræ. An
dromeda: æ. & quæ ī. e. producta apud illos deſinūt: apud
nos. e. in. a. conuerſa ſunt eiuſdem declinationis: ut hæc Cir
ca circæ. Andromacha: chæ. aut ſecundū græcam declinatio
nem inflectuntur ī nominatiuū caſum: ut hæc libye libyes.
Sic lucanus. Finibus extremis libyes ubi feruida tellus. Se
cundæ declinationis ſunt græca maſculina uel fœminina
quæ in os ſyllaba breui terminantur. o. littera ī. u. muta
ta apud latīos ut hic homerus: ri. iginus: igini: hæc Tyrrhus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tyrri:beritus:ti.cyprus:pri.põtus.ti. Itẽ quæ apud illos in eus ſyllaba deſinũt: ſunt maſculina propria eiuſdem declinationis:ut hic Peleus pelei:Tydeus tydei:Aeneus aenei:orpheus orphei:hæc datiuum ſingularem duplicem habent:nã & peli & peleo dicimus:orpheo orphi:ut Virgilius:Orphi calliopea:lino:hoc græcum eſt:illud latinæ declinationis:accuſatiuum tamen habent græcum ut pelea:tydea. Itẽ illa quæ apud græcos in gros & in dros in tros in eros ſyllabam mittunt: poſtrema ſyllaba in er cõuerſa eiuſdẽ ſũt declinationis: ut μελεάγρος meleager gri. μένανδρος menander menandri: τεῦκρος teucer teucri:ἀντίπατρος. Antipater antipatri. Excipiuntur quædam in grus:in brus in drus & in trus ſyllaba deſinentia:quæ nominatiuum tamẽ er mutant:nihil tamen a declinatione diſſentiunt:ſcõbrus:andrus:congrus: petrus. In or nomina maſculina propria deſinũt: & tertiæ ſunt declinationis ut hector hectoris: neſtor ris:mentor mẽtoris:actor actoris. In his omnibus.o.in omni caſu corripitur. In as maſculini generis deſinentia ſi apud illos genitiuum in os mittunt nos tertiæ declinatiõis applicabimus ut θόας θόαντος: toas toantis. ἄτλας: ἄτλαντος: atlas atlãtis:μαίνας μαίναδος menas menadis:γίγας γίγαντος:gigas gigantis. Et fœminina ſimiliter eadem ſyllaba terminata tertiæ ſunt declinationis: ut hæc pallas:dis.thyas:dis:oreas:dis. In es propria maſculini generis deſinunt. Quorum ſi græci genitiuum in os efferũt: ſimili modo latini tertii ordinis exemplo declinant: ut δημοσθένης. δημοσθένεος. Demoſthenes:nis. πολινείκης εος. Polinices: cis. διογένης εος. Diogenes nis. Et quæ circumflexo accentu pronunciantur: in ſuo ſtatu hæc remanent:& græcam declinationem ſequuntur:ut hic Eumenes eumeneos: Euprepes euprepeos: quãq̃ quidam ſic declinare uoluerunt: Eumenes eumeneis: Euprepes euprepetis. Et quæ in tis genitiuum mittunt ſimiliter declinantur: ut Dares daretis: Chremes chremetis dicimus & chremis: Diores dioris: Antores antoris. In is tam

maſculini q̃ fœmini generis deſinũt eiuſdẽ decliatiõis ſũt: ut hic daphnis dis:tybris dis. Er fœmĩa hæc Thais dis:lais dis:hiſis hiſidis:heſperis heſperidis. Et õnia genitiuũ ĩ dis ſyllabam mittunt. Excepto uno ſimois quod ſimoẽtis facit genitiuũ. In Os maſculini generis propria figuræ cõpoſitæ deſinunt terciæ ſunt declinationis ut hic melãpos:dis.edippos:dis. In is propria maſculini generis ſunt et tertiæ declinationis ut Capis:capis. pantis pantis.

O. littera finita propria ſunt generis fœminini:quæ tranſlata ĩ latinã linguã nihilominus græcã declinationem obtinent: ut Dido:Mãto:Erato:Calypſo: Themiſto:declinantur.n. hoc mõ:hæc Dido didois:didoi:didoẽ:ad hac didoe. Errãt.n.qui didonis aut Mãtonis genitiuũ dicũt & uocis aſperitas & ueterum auctoritats eiuſmodi declinationem repudiant. In On.maſculini generis propria deſinẽtia:quæ genitiuum aut in os:aut in tos:mittunt apud nos terciæ declinationis eſſe aſſerunt:ut ſinon ſinonis:Damõ damonis:hæc interdum apud latinos mutata nouiſſima. littera proferuntur:laocoõ laocoõtis:hypocoõ hypocoontis: & quæ ĩ os genitiuum mittũt penultimã ſyllabã productã habẽt in obliquis caſibus. Quæ in tos genitiuũ mittũt ꝓductã habẽt penultimã ĩ reliquis. Et quæ gtĩ ĩ os efferũt exceptis duobus quæ ĩ is gtĩ extollũt:os:corripiũt:ut mẽnõ is: agamenonis:In.an.maſculini gñis deſinẽtia nomĩa ea quoq; tertiæ decliationis ſũt:ut titan nis. Pean peanis: hoꝝ accuſatiuũ tã numeri ſigularis q̃ pluralis ſecũdũ græcos proferimus ut tytana:peana hos tytanas hos peanas: unũ etiã genitiuũ ſigularẽ propter differẽtiã in os:iuxta græcã declinationem mittit:hic pan huius panos: ut Virgilius panos de more licei. In.in.maſculini generis exeũtia eiuſdẽ declinatiõis ut hic delphĩ nis:accuſatiuũ utriuſq; numeri delfina & delfinas:ſicut græci ꝓferimus. In os:ꝓductã generis maſculini: tertii ordinis ut minos:ois.heros:ois.tros:ois.

A finita græca neutri ſunt generis nam ſuper declinatione nulla eſt ambiguitas, nam eiuſdem ſunt ordinis: ut

poema tis: toreuma tis: emblema tis. Quæ q̄uis tertiæ ſūt declinationis: datiuum & ablatiuum pluralem non in bus ſed in tis mittunt ratiõe nominum ſecundæ declinationis: nam his poematis emblematiſq; dicendum eſt.

In Ax: uel in ix: maſculini generis nomina deſinūt & geniti uum in is ſyllaba finiunt: ut thorax thoracis: phœnix cis: & quæ in duas deſinunt conſonantes tertiæ declinatiõi ſimiliter applicāt᷑: ut hic cyclops cyclopis: chalybs bis:

Vniuerſa noīa græca cuiuſcunq; ſint gnīs: genitiuum apud illos ī has ſyllabas mittūt: ī ης ut ἡ κίρκη τῆς κίρκης. In ας: ut φέδρα φέδρας. ī ου: ἄντης ἄντου ī ᾶ. ut λᾶας. λάα. ī ōς ut αἴας αἴαντος ī οῦς ut δημοσθένης δημοσθένους: ī ῶς: ut τέσις θέσεως. Igitur quæcūq; nomina apud græcos genitiuū ī ησ uel ας mittūt: apud nos primæ ſūt declinatiõis: ut ἡ κίρκη τῆς κίρκης : circa cæ: ἡ φέδρα τῆς φέδρας phedra phedræ. Quæ ī ᾶ uel ī ου genitiuū mittūt: ī nomīatiuo in ας uel in ης ſyllabis terminantur: ſimili mō primæ ſūt declinatioīs: ut Antas tæ: Aeneas æneæ: Oreſtes oreſtæ. Quæ in ου ſyllaba exeūt ī genitiuo a nominatiuo ὅς terminato ueniētia ſecūdæ ſūt declinatiõis ut ὅμηρος ὁμήρου. μένανδρος μενανδρου. Item quæ in os exeunt: ſecundæ ſunt ut Tydeus Tydei: Peleus Pelei: quæ in ους uel in os ſyllabis genitiuum ſingularem mittūt: omnia tertiæ ſunt declinationis remoto dubitationis errore: ut δημοσθένης δημοσθένους. Demoſthenes demoſthēis: ὁ πάρις. δος. Paris paridis ὁ μίνας. τος: minas minantis: πάλλας. δος. pallas dis ἡ θαίς. δος. thais dis: τὸ ποίημα τος poema poematis.

Voniam genera et declinationes tam latinorū q̄ græcorū nominū dilucide breuiterq; explanauimus: de cæteris quæ præpoſitis regularū legibus refragātur diſſeremus: ut diſcuſſa penitus ignorationis caligine īoffenſa luce ſciētiæ mentes adoloſcentum illuſtrentur.

Sunt quædam nomina in utroq; numero nõ eiuſdē generis. Alia ſunt non eiuſdem declinationis. Alia nomina ſūt quæ non ī utroq; numero declinantur. Alia certis caſibus deficiunt. De his dicemus et primū de illis quæ generibus diſcrepant.

In ſīgulari numero gnīs maſ. ī plurali neutri: ut hic locus & hæc loca: dicitus tamē & hi loci. hic iocus & hæc ioca dicitus et hi ioci. hic menalus hæc menala: hic tartarus hæc tartara. hic gargarus hæc gargara. hic carbaſus hæc carbaſa. hic iſmarus hæc iſmara: hic ſibilus hæc ſibila.

In ſīgulari numero generis fœminini ī plurali neutri: ut hæc pergamus & hæc pergama: hæc intybus hæc intyba: hæc arbutus hæc arbuta.

In ſīgulari numero gnīs neutri in plurali fœ. hoc epulum hæ epulæ: ſic Iuuenalis. Vnde epulū poſſis cētū dare pythagoreis. Alii hæ epulæ ſemꝑ pluraliter declināt: hoc balneum hæ balneæ dicimus et hæc balnea ut Tullius ad balneas pallatinas: Iuuenalis et crudū pauonem in balnea portas: hoc cepe quod in ſingulari numero ē aptotum: ī plurali fœminī: hæ cepæ et ordīne declinatur.

In numero ſingulari gnīs neutri hoc porrum in plurali hi porri: hoc frenum hi freni: ut lucanus frenoſq; momordit: dicimus tamen & hæc frena: hoc filum hi fili: traxerunt in arte magica uertigine fili: & hæc fila dicūtur. hoc argos: hi argi.

In plurali numero mutant declinationem hæc. Hoc iugerum inſingulari numero ſecundæ declinationis eſt: in plurali tertiæ: nam genitiuum hoꝝ iugeꝝ datiuū & ablatiuum his et ab his iugeribus facit. Et uas quod tertiæ eſt in ſingulari numero in plurali ſecundæ: nā gtīn horum uaſorum: dtīn et abltīn his et ab his uaſis dicimus. Pauca ſunt primæ declinationis nomīa quæ cõtra regulam dtīn et ablatiuum numeri pluralis in bus ſyllabam mittunt: diſcernendæ ābiguitatis. i. ſexus cauſa his & ab his deabus: filiabus: mulabus: equabus: libertabus: natabus: aſīabus: quæ a uiris pitis uſurpata ſūt. Hæc ſūt quæ ī utroq; numero nõ admittunt declinationē quoꝝ alia ſīgulariter tm̄ alia pluraliter declinātur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Deoꝝ propria nomĩa elemẽtoꝝ : fluminũ:heroũ:mõtiũ ſin-
gulariter dumtaxat declinantur. Itẽ urbiũ niſi quæ naturali
ter pluraliter efferũtur:ut athenæ : thebae:cumæ:mycinæ:
athellanæ:graiuſſæ:cruſtumæ: ricoſæ:carpi : puteoli oſtia.
Itẽ metallica quæ oĩa ſecũdæ ſũt decliatiõis:& gñis neutri:
ut hoc aurũ:argentũ: ferrũ: plumbũ ſtanũ . Excepto uno
aes. quod eiuſdẽ gñis eſt:ſed iuxta rationẽ tertii ordinis mo
noſyllabaꝝ tres caſus ĩ plurali numero admittit:ntm̃:actm̃
& uocatiuũ. hoc aes & hæc aera. Itẽ arida uel liquida quæ ad
menſurã pondus ue referuntur:ut triticũ:ordeũ: frumẽtũ:
far:lens:cicer miliũ:eruũ:oleũ:uinũ: mel:mulſũ:defrutũ:
muria. Ex his multa ueteres auctoritate licentiæ largientes:
pluraliter extulerũt:hæc ordea:farra: mella : defruta:uina:
hæc etiam uſus rœcipit:nam uina choa dicimus & maſſica.
Præter hæc alia ſunt quæ plurali numero deficiũt:gñis quidẽ
maſ. hæc hic fumus:fimus:limus:puluis:ſãguis:genius:ge
neris fœminini hæc fães:lux:labes: pax:ſitis tabes humus.
Gñis neutri hoc cenũ:fœnũ:ius:lutũ:uulgus:pelagus:uirus:
uiſcũ:euum:penũ. In plurali numero tm̃ declinãt̃ noĩa nu
meroꝝ:præter unũ:quod plurali numero deficit:tãtum ut
duo tres. Memineris autẽ noĩa numeri ab uno uſq; ad treſ
declinari a quattuor uſq; ad centũ minime. a ducentis uſq;
ad nonĩgentos ꝑ oĩa gñа plutaliter tm̃ declinari. Eſt etiam
unũ aptotum neutri gñis ſemꝑ eiuſdẽ numeri hoc pondo.
Præter hæc alia ſũt quæ ĩ ſingulari numero non declinantur.
Gñis quidẽ maſculĩ: hi ãtes:hi carceres:cãi:caſſes: fores:fori:
liberi:manes:optimates:primates:ꝓceres:pugilares: ꝗrites
ſentes:nepres.
Gñis fœminini:argutiæ. blãditiæ:cunæ:exequiæ:inferiæ:inſi
diæ:ĩimiciciæ:exuuiæmanubiæ:primitiæ:bigæ : trigæ: q̄dri
gæ:cõpedes:delitiæ:diuitiæ : dapes : feriæ:ſcalæ phaleræ ge
næ:facetiæ:ĩdutiæ : kalẽdæ: idus : nonæ:latebræ : nuptiæ:
nũdinæ:quiſquiliæ:reliquiæ:tenebræ:antiæ.
Gñis neutri:arma:mœĩa:caſtra:megalia:crepũdia:exta : ſpo
lia:ſerta:preſepia:paſcua:ſponſalia:precordia : mappalia:

cunabula. Itẽ feſtoꝝ deoꝝ noĩa ut Saturnalia: neptunalia:
bacchanalia:certis caſibus deficiũt:hæc ſaties quod præter
ntm̃ ſingularẽ nullũ caſũ admittit:hanc ditionẽ & ab hac
ditione:hoc quoq; ntõ caſu utriuſq; numeri deficit præter
actm̃ & ablatiuũ ſigularem. Laterẽ ſimiliter actm̃ tm̃ lectio
uſurpauit. Spõte & tabo ablatiuũ ſigularẽ hñt tãtũ. Tabes
ntm̃ & actm̃ & ablatiuũ numeri ſingularis habet dũtaxat.
Sũt alia quæ a gtõ caſu ſigulari decliatiõis ſumũt exordiũ
& ĩ utroq; numero recte declinant̃:ut Remex: gis. frondis:
uerberis:ut Lucanus ad ſaxũ quotiens ingẽti uerberis ictu.
Alia duos aut tres tm̃ caſus habent:ĩſingulari numero : ſed
in plurali ꝑ õnes declinãtur:ut huius opis. opẽ ab hac ope:
huius uicis & hãc uicẽ:ab hac uice. Alia abltm̃ habẽt ĩſingu
lari numero:ut ab hoc frugi:ab hoc opice:ab hac prece : ab
hoc uiſcere. Hæc quoq; ĩ plurali numero declinãtur. Pauca
ſũt quæ cũ ĩ ſingulari numero nõ deficiãt:in plurali tres tã
tum caſus habẽt:de quibus paulo ſuperius diximus: hæc iu
ra:hæc rura:hæc aera:hæc maria. Vniuerſa noĩa primæ ſe-
cundæ & quartæ declinationis totidẽ ſyllabis in gtõ quot in
ntõ proferunt̃ præter unum uir & ſi qua ex eo cõponũt̃. Et
quæ in. er. ſyllabã deſinunt. Tertiæ aut pares habẽt ſyllabas
in obliquis caſibus:aut unã ad ſumũt. Quĩtæ proculdubio
plus una ſyllaba proferri ſolẽt. Pauca ĩ ueniuntur tertiæ de
clinationis quæ in gtõ duabus ſyllabis creſcãt. Iter itineris:
Anceps:tis. biceps:tis. triceps:tis. præceps:tis. iecur:iecĩoris.
lectũ ẽ & iecoris. Suppelex:ſuppelectilis. De uocatiuis.

Mniũ nominũ cuiuſcũq; ſit decliuatiõis uocatiuus ſin
gularis ſimilis eſt ntõ. eiuſdẽ numeri:neq; hoc ĩ dubiũ
uenit. Exceptis nominibus ſecũdæ declinationis quoꝝ uoca
tiuus diuerſis exprimitur modis: Propria igitur noĩa quæ in
ntõ caſu ſingulari. us. ſyllaba terminãtur: adẽpta us faciũt
uocatiuũ ut uirgilius uirgili:terẽtius:terẽti : domotius do-
domiti. Præpoſita qualibet cõſonãte uocatiuũ ĩ. e. correptã
mittũt:ut hic Turnus:o ne. hic marcus:o ce. hic lẽtulus : o
le. appellatiua quæ in ius deſinũt uocatiuũ ĩ. e. mittunt: ut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

flu uius o fluuie: ſocius: o ſocie. Quē ueteres iuxta ntm̄ ꝓfe
rebāt uocatiuū: ut Virgilius: Corniger heſperidū fluuius
regnator aquaꝝ: quæ cōſonāte prælata ī eādē ſyllabam mit-
tūt: ſiquidē ſūt accidētia uel deriuatiua uocatiuū in. e. mit-
tūt ut doctus: docte: ſāctus: ƈte. romāus. romane. hiſpāus:
hiſpane. Cætera ī. us. potius q̄ ī. e. ſyllabā exeūt: ſic lucanus
degener. o. populus: &. o. popule lectū ē: Lucus. o. lucus.
Quæ a ueteribus propter aſperitatē uocis minīe uſitata ſūt
adeo ut rara huiuſmodi declīatiōis reperiātur exēpla: hæc
myrtus o myrte & te proxima myrte.

De ablatiuo.

Eertiæ quoq; declinatiōis nominū ablatiuus caſus ſin-
gularis duobus mōis proferri ſolet: aut ī. e. aut ī. i. ſed il
la quæ ī. i. exeūt cōmunis ſunt generis: & in ntō. is. ſyllaba
terminātᷣ: ut hic & hæc ſuauis ablatiuo ab hoc & ab hac ſua-
ui: hic & hæc grauis ablatiuo ab hoc & ab hac graui. Itē neu-
tra quæ ī ntō. e. uel. ar. uel. al. ſyllabis terminātᷣ: hoc ſedile
ab hoc ſedili. hoc laquear ab hoc laqueari: hoc anīal ab hoc
anīali. Excepto cū. e. āte. l. habetᷣ: ſed cum. a. āte. l. īuenitur
ut hoc tribunal ab hoc tribunali: lupcal ab hoc lupercali: &
cætera cū. e. ātecesſſerit. l. littera non. i. terminatur ablatiuus
ſed ī. e. ut hoc mel ab hoc melle: hoc fel ab hoc felle: Itē quæ
in duas deſinūt cōſonātes in is uel in ix: duplicē et ſunt ac-
cidentia et trium generū ut hic & hæc & hoc ingens ab hoc
& ab hac & ab hoc ingēti: hic & hæc & hoc audax ab hoc &
ab hac & ab hoc audaci: Et quæ in. r. deſinūt maſculini uel
fœminini uel trium ſunt generꝝ hic et hæc acer ab hoc et ab
hac acri: hic et hæc & hoc par ab hoc & ab hac & ab hoc pari
& quæ in im mittunt actm̄ ſunt autē hæc turris: hanc tur
rim: ab hac turri. ſitis hāc ſitī: ab hac ſiti: hæc puppis: hanc
puppī: ab hac puppi: hæc ſecuris: hāc ſecurī ab hac ſecuri.
febris: torquis: uectis: hæc reſtis: hanc reſtim: ab hac reſti:
Præterea hæc nauis: bipēnis. hic ignis: ſimiliter & ablatiuū ī
i: mittūt: quæ ſæpe poetæ p. e: ſolent efferre: Cætera omnia
tertiæ declinationis noīa ablatiuum ſingularē ī. e. mittūt.
Explicit nominum tractatus de uerbis Incipit:

Voniam ut opinor: de nomine cōuenienter tracta
tum eſt: Nunc de Verbo ſicut præfacio pollicetur
diſſeremus: Cuius omnis ambiguitas in diſcernē-
da coniugatione et cognoſcendo præterito perfecto uerſa-
tur. De his nos pro īgenii uiribus diligenter docebimus. Nā
et cætera multorum expoſitio declarauit. Igitur coniugatio
nes ſunt tres: ut alii quattuor. Quas in ſecunda perſona
præſētis tempotis modi īdicatiui dinoſcimus. Formæ quat
tuor. perfecta: Meditatiua: Inchoatiua: Frequētatiua. Sed
perfectæ formæ uerba omnium ſunt coniugationum: Fre
quentatiuæ tantum primæ coniugationis. Excepto laceſſo:
quod uenit a lacero. Inchoatiuæ tertiæ dumtaxat correptæ:
Medidatiuæ tertiæ productæ uel quartæ.

Genera uerborum facili ratione dinoſcuntur: aut enim acti
ua ſunt: & . o. littera terminantur: & aſſumpta. r. littera trā
ſeunt in paſſiua: aut paſſiua et adempta nouiſſima littera:
redeunt in actiua: aut neutra ſunt: quæ actum ſignificant
& actiuam habent ſignificationem: et in paſſiua minime
tranſeunt: aut ſupina quæ ut actiua quidem declinantur:
ſed ſignificationem habent paſſiuam: paſſiuam ut uapulo
ueneo: pendeo: aut deponentia ſuperiori contraria: quæ
paſſiuorum declinantur exemplo: et ſignificationem habēt
actiuam: neq; . r. litterā poſſunt amittere aut communia ſi-
milia deponentibus & paſſiuis ſed agentis et patientis for-
mā flectuntur. Vnde conſtat uniuerſa duobus modis decli
nari. Nā neutra et ſupina actiuorum: Depoentia & cōmu-
nia paſſiuorum regulā ſequuntur. Sūt præterea neutro paſ
ſiua quæ ī præterito perfecto & pluſquāperfecto paſſiuā de
clinationē habēt: in aliis neutram. Et ſunt hæc ſola ſecūdæ
quidem coniugationis ut audeo: gaudeo: ſoleo. Tertiæ au
fido: fio: & ſiqua ex his componuntur: præter hæc nulla ſūt
huiuſmodi declinationis uerba. Sunt alia paſſiua neutra:
ſuperiori contraria hæc ſola: Comperior: mereor: deuertor.
Nam in præterito comperi: merui: deuerti: ſicut actiua uel

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

neutra proferuntur.

Vniuerſa uerba primæ coniugationis quæ in ſecunda pſona as.ſyllaba terminantur actiua ſunt ſiue neutra: præteritum perfectum in . ui . ſyllabam mittunt: ut amo : amaui:aro: araui:armo:armaui:narro:narraui:canto:cantaui:nauigo: nauigaui.paro:paraui.ſeruo : ſeruaui . Exceptis nouē quæ in.ui mittunt præteritum:ut Seco:ſecui.neco : necui.ueto uetui.ſono:ſonui.tono:tonui. mico : micui.crepo:crepui. plico:plicui. domo:domui . frico : fricui . Et ſiqua adnexis præpoſitionibuscomponuntur:explico tamen utranq; formam ſeruat ĩ præterito nam explicui et explicaui dictũ eſt.

Quattuor huic regulæ refragantur:nam neq; ĩ.ui.neq; ĩ aui. exeũt:ſto:ſteti.do:dedi.lauo:laui.iuuo:iuui . ſed duo poſteriora quidam ſuperioribus applicant errantes.Nam illa ĩ præterito una ſyllaba creſcunt hæc totidem:ĩ præſenti proferuntur.

De ſecunda coniugatione.

Ecunda coniugatio:quam non tamen ſecunda perſona:ſed etiam prima facile declarat.Quoniam omnia uerba quæ ĩ.eo. ſyllaba in prima perſona finiuntur ſecũdæ ſunt coniugationis productæ eo.is.et ſiqua ex eo compoſita figurantur.Et duobus primæ creo:creas . meo:meas.ſimiliter & beo:as.præteritum perfectum mittit in.ui conſonante præpoſita:præeunte uocali paueo : paui.caueo:caui. in.xi.et in ſi.quæ in ter excepta notabimus . Ergo omnia uerba ſecundæ coniugationis qualibet conſonante præpoſita.eo.ſyllaba præteritum perfectum ĩ ui.mittunt : nt habeo habui:debeo:debui.rubeo:rubui.doceo: docui . taceo: tacui.miſceo:miſcui.iaceo:iacui.noceo:nocui.arceo:arcui. areo:arui.egeo:egui.ſplendeo:ſplendui.candeo:cãdui.madeo:madui egreo:egrui.langueo:langui.rigeo:rigui.caleo: calui.doleo: dolui . oleo:olui.palleo:pallui:timeo : timui. tepeo:tepui.torpeo:torpui.careo:carui.pareo:parui.uireo: uirui.floreo:florui.horreo:horrui.cenſeo:cenſui. niteo : nitui.pateo:patui. teneo : tenui. caneo : canui . Excipiuntur pauca quæ in.ſi.ſyllabam mittunt præteritum iubeo:iuſſi. mulceo:mulſi . mulgeo:ſi . algeo:alſi.fulgeo : fulſi.ardeo: arſi.ſuadeo:ſuaſi.maneo:manſi.hæreo:hæſi.rideo:riſi.torqueo:torſi.indulgeo:indulſi.De urgeo & turgeo:ãbigitur. Alia in.xi.lugeo:luxi.frigeo:frixi.Illa in ui:præteritum mittunt:quæ in prima perſona modi indicatiui temporis præſentis.u.ãte. eo.habent:& primam ſyllabam quam in præſenti tempore breuem in præterito longã habent:ut faueo: faui.paueo:paui·foueo:foui.moueo:moui.caueo:caui.uoueo:uoui.et quæ ex his componuntur.Quæ quãq̃ in præſẽti non ſint ſimilia ſuperioribus præteritũ ĩ ui.mittunt producta ſyllaba neo:neui.fleo: fleui . cieo:ciui.impleo:impleui.compleo:compleui.expleo:expleui.deleo: deleui . Non multum ab his diſcrepare uidẽtur etiam hæc quorum primam ſyllabam in præterito ex correpta cadit in productam ſedeo:ſedi.uideo:uidi.Contra omniũ regulam eſt prandeo prandi . Quædam ſunt in ſecunda coniugatione quorum præteritum perfectum iteratur per primam hæc ſola : pendeo pependi:ſpondeo ſpopondi:tondeo totondi : mordeo momordi . Quæ aſumptis præpoſitionibus non eodẽ modo proferenda ſunt:nam diſpondi:& diſpendi:& rependi: et detondi dicimus. De neutris paſſiuis aliunde dictum ẽ.

De tertia coniugatione.

Ertia coniugatio correpta quæ ſecũdã perſonã ĩ is.mittit in Imperatiuo modo in.e.ſolidã conuertit præteritũ per has ſyllabas effert:in di præpoſita conſonãte in.ui.præpoſita uocali.ĩ.i.conſonãte qualibet præpoſita ĩ. ſi.& ĩ.xi. Sed illa tamẽ præteritũ in.ui.mittunt quæ ĩ p ræſenti tẽporis indicatiui modi.u.ante nouiſſimã litteram habent . Vt tribuo tribui:ſtatuo:ſtatui.minuo:minui . imbuo : imbu. obruo:obrui.Ex his duo notantur tantũ quæ in.xi . mittũt præteritũ fluo:fluxi.ſtruo:ſtruxi.Et quæ ĩ lo ſyllabã exeũt in præſenti.nihilominus præteritum in.ui:mittunt : ut uolo:uolui.nolo:nolui.colo:colui.cõſulo:conſului:alo :alui.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Pauca præterea in eandem extremitatem mittunt præteri
tum quanq̄ præſens ſimile ſuperioribus habeant: tremo:
tremui.gemo:gemui:fremo:fremui. cōpeſco: compeſcui.
necto: xui.ſterto:ſtertui.pecto:pexui.texto:texui. ſeneſco:
ſenui.gigno:genui. in crebeſco: increbui. nam increbo nō
ī uenitur Et ſi qua ex his componūtur.

Vi. ſyllaba terminantur in præterito hæc ſola ſperno:ſpre
ui. ſterno: ſtraui. cerno: creui. ſero: ſeui: tero:triui.
paſco:paui. quæro:quæſiui .lino:liui.quieſco: ui.cupio:
cupiui.conſueſco:conſueui.peto:petiui:ſapio ſapiui.

In di præpoſita conſonante in præterito deſinunt quæ ī præ
ſēti.do. ſyllaba terminantur præcedente. n. littara:ut ſcā
do:ſcandi:aſſcendo:aſſcendi:deſcendo: deſcndi. offendo:
offendi.pando:pandi.prendo prendi.mando:mandi. Tria
enim in præterito amittūt:fūdo:fudi. linquo:liqui.ſcindo
ſcidi.Sic lucanus ait.Scidit & in medias fecit ſibilator ater-
ras.Et quæ minus una ſyllaba proferuntur: producta pro-
ma ſyllaba in præterito quæ in præſenti corripitur:ut Ca-
pio:cœpi:Iacio:ieci.fugio:fugi.fodio:fodi.Pauca præterea
eandem clauſulam habent nouiſſima littera præſentis tem
poris in.i.conuerſa. uinco:uici.rumpo:rupi.ſoluo: ſolui.
cudo:cudi.uoluo:uolui.

In ſi præteritum mittunt ſyllabam uerba quæ in præſenti.do
uel.mo.ſyllabis terminantur ſi ſit natura longa penultima
ut ludo: luſi.lædo:læſi. cædo:cæſſi.plaudo:plauſi.trudo:
truſi.rado:raſi.illido:illiſi.allido:alliſi. promo: prompſi:
ſumo:ſumpſi.demo:dempſi.reſumo:reſumpſi. Et primo
quanuis correpta ſit:penultima in eadem ſyllaba exit. Et
quicquid ex eo componitur: ut premo:preſſi.exprimo.ex-
preſſi.comprimo:compreſſi.& quæ in. bo.uel in.po. ſylla
bas deſinunt:ut ſcribo:ſcripſi.nubo nupſi.ſcalpo: ſcalpſi.
repo:repſi.ſerpo:ſerpſi. ſculpo:ſculpſi. Præter hæc pauca
ſunt quæ non eadem extremitate finiuntur in præſenti:
præteritum tamen in.ſi. ſyllaba mittunt:ſpargo: ſparſi.
mergo:merſi.mittto:miſi.uro:uſi.temno:tempſi.cōtēno:
ſi.cōcutio:concuſſi.gero:ſi. Et ſi qua ex his in cōpoſitam
figuram tranſeunt. In.xi. ſyllabam in præterito deſinunt
Verba quæ in præſenti:go.ſyllaba terminant̃:ut cingo:cin
xi.pingo:pinxi.ſugo:ſuxi.afligo:aflixi.pergo:perexi.rego:
rexi.diligo:dilexi.intelligo:intellexi.fingo:fixi.tego:xi. Ex-
cipiuntur tria in.go.deſinētia quæ in ſuperioribus notaui-
mus.Et alia quattuor quæ non in.xi.ſed in.gi.mittunt præ
teritum tango:tetigi:frango:fregi.lego:legi.ago: egi. Et ſi
qua ex his componuntur ſimplicium formam ſequuntur:
his ſimile eſt Impingo:quod impegi facit præteritum.Præ-
ter hæc in.xi.præteritum mittunt: uiuo: uixi.coquo:coxi.
meio:minxi.illicio:illexi.aſpicio:aſpexi.flecto:flexi. duco:
duxi.dico.xi.ueho:xi.traho:xi.ſūt tertiæ cōiugationis uer-
ba quæ primam ſyllabam in præterito duplicant: quæ om
nia ſubiecta ſunt:ut pello:pepuli.tango:tetigi.fallo:fefelli
pendo:pependi.tendo:tetendi.pungo:pupugi.ſed & pūxi
dicimus:tundo: tutudi.cado: cecidi. cedo: cecidi: pario.
peperi. cano: cecini. diſco :didici.poſco: popoſci. parco.
peperci.facit et parſi. curro cucurri.pedo:pepedi. Hæc ad
iunctis præpoſitionibus nō eodem modo proferenda ſūt:
nam duplicatam in ſimplici figura ſyllabam in compoſitio
ne amittunt. Dicimus enim ſic expendo expendi. decurro:
decurri.refello:refelli.compello:compuli:concido:concidi.
Sed ex his duo ſola præpoſitionibus adnexis in ſuo ſta
tu manent diſco et poſco:nam dedidici & depopoſci faci
unt præteritum Cano autem neutram regulam ſequitur
concinui facit: Et ſiqua compoſita in eadem coniugatio
one. Quoniam nouiſſimam ſyllabam geminant in præ
terito illa uidelicet quæ ado uerbo primæ cōiugationis com
ponūtur cōdo:cōdidi. reddo: didi.traddo:tradidi.ſubdo:
ſubdidi.prodo:prodidi.addo: addidi. abdo abdidi. Simi
liter ꝓferunt̃ credo:didi.uēdo:didi. Fxcepto circūdo.dedi.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quod ſecundam perſonam facit: circundas et eſt primæ coniugatinois. De quarta cōiugatione

Varta coniugatio uel tertia producta quā īperatiuus modus prodit litterā ī fine cōſeruat præteritū perfectum ī.ui.ſyllabā mittit uel in duplicē.ii.ut audio audiui: uel audii.munio:muniui uel munii. ſeuio:ſeui uel ſeuii. linio liniui uel linii. mollio:molliui uel mollii.finio finiui uel finii.punio puniui uel punii:ſopio ſopiui uel ſopii:actio actiui uel actii.ſcio ſciui uel ſcii.hīnio:hīniui uel hīnii. Exeo ui: uel exii. Inio iniui uel inii. Cætera his ſimilia:pauca in si.exeunt:& ſunt hæc fere ſarcio ſarſi:fartio farſi: haurio:hauſi:ſepio ſepſi:ſentio ſēſi. Alia in ·xi. ſola hæc ſanxio ſāxi:fulcio fulxi:uincio uīxi. unū īuenitur quod primā ſyllabā in præſēti corripit ī præterito producit. uenio ueni. Et cōpoſita ex eo in hūc modū proferunť:aperio aperui. cuius cōpoſitū diſſentit repperio repperi. ī has fere ſyllabas oīa uerba quartæ coniugationis norma cōplectitur in præterito deſinūt:ſed nequid ābiguitatis poſſit eſſe lectoribus nō diſſimulabimus:de illis dicere:quæ ratione refragantť:ſunt.n. uerba quæ in perſonis deficiūt:& ī perſonalia dicuntur. alia in modis. alia ī temporibus alia coniugationibus. alia participiis:de his exponemus:& primum de Impſonalibus quæ aut ſūt ſecūdæ cōiugationis aut tertiæ quantū ex tertia perſona cōtēplari licet eoꝝ:alia actīn trahunt:ut pudet: tedet: piget:pœnitet:miſeret:decet. alia datiuum ut licet:liquet:libet. Vnū ē quod caſu nō indiget:oportet:& oīa præteritū ī uit. ſyllabā mittūt:ut puduit:piguit:pœnituit:licuit. libuit:decuit. Præter tria quornm duo deficiunt in præterito: liquet:& tedet:unum quaſi paſſiuam habet decliationem miſeret nam miſertum eſt dicimus: licet tamen & libet ad hanc ſimilitudinem proferri poſſunt: licitum eſt: libitum ē. Et tedet in cōpoſita figura perteſum eſt. Tertiæ coniugationis Imperſonalia datiuū caſū aſſumūt:ut cōtingit: euenit:accidit:expedit. Quædā primæ cōiugatiōis īpſōalia

reperiuntur: ut iuuat præſtat: quæ & aliter declinari poſſunt: ſed omnia tam infuturo imperatiui modi quam infinitiui:nec non etiam gerundiis participialis participiis utriuſq; temporis deficiunt: Defectiua in modis ſunt hæc. Quæſo quod primam perſonam habet īdicatiui modi dūtaxat:licet quæ ſere lectum ſit apud Saluſtium & Tullium Ouat. īſit. hæc quoq; tertiam perſonam habent ſolam:ſed ouat participiū facit præſentis tēporis ouans cum in difinitione uerbi deficiat. Similiter auſim:& perdiunt ꝑ perdunt dicunt:& inq̄ in primam perſonam contra morem omniū profert:utrunq; numerū modi indicatiui præſentis tēporis inqua impatiuum numeri ſingularis habet tantum:nam inquæ apud terentium lectum eſt:aio præſens et præteritū imperfectū habet tantū. Faxo futurum tēpus tātum uelut alii promiſſiuum modum oſtēdit. Salue. ſaluete. imperatiui modi ſecunda perſona utroq; numero lectū ē:& infinitiui modi præſēs tempus ſaluere: Cedo et. aue. ſimiliter & imperatiui perſonam habent numeri ſingularis. cedo etiā numeri pluralis lectum eſt apud Plautum cedite mihi pro dicite. Et in coniugationibus & in præterito deficiunt hæc: Fero fers præteritum ſacit tuli. Sum es eſt fui:ferio is percuſſi: tollo tollis ſuſtuli facit. Edo:es. edidi:hoc infinitiuum præſentis temporis non ī.re.ſyllabam ſed in.ſe. contra morem omnium mittit. eſſe. enim dicendum eſt: Volo uis uolui: hoc quoq; īcertæ eſt coniugationis et in futuro imperatiui et infinitiui modi deficit & gerundiuis uel participialibus quæ ſupina alii dicunt: meto meſſui nam aliter proferri non poteſt:pelleo:ſiſto:ſimiliter & gliſco & quatio nullum habent præteritum.

Memiueris tamen inchoatiuæ formæ uerba quia in præterito perfecto deficiunt. De participiis.

Articipiis carent Verba alia preſentis temporis alia
futuri:alia utriuſq; impræſenti itaq; deficit Sum &
quæ ex eo adiectis præpoſitionibus componun‑
tur:Præter duo abſens & præſens: Quæ a uerbis abſum
et præſum ueniunt: Et eo uerbum in participio no‑
minatiui caſus numeri ſingularis deficit in cæteris recte de
clinatur. Compoſita quædam etiā nominatum habent ut
præteriens abiens:futuri temporis participia non habent in
primis Verba formæ Inchoatiuæ ut horeſco:Caleſco:& his
ſimilia.Deinde omnia ſecundæ coniugationis:quæ ſunt ge
neris neutri & in formam tranſeunt Inchoatiuā:ut horreo:
caleo:tepeo:niteo: pateo:ſtupeo: ſplendeo:uigeo:uireo:ri
geo:floreo:paueo:rubeo:tabeo:madeo:tumeo:ſileo:palleo
ferueo:timeo: lateo:nam & hæc aſſumptis præpoſitiōibus
faciunt inchoatiua:ut pertineſco:& diluceſco:Valeo tantū
cum faciat conualeſco.In participio futuri temporis mini
me deficit:nam ualiturus dicendum eſt. Sunt alia præte
rea quæ non tranſeuut in formam inchoatiuam eiuſdem
coniugationis & generis:& nihilominus in participiis tem
poris futuri deficiunt:ut egeo:mereo.palleo:calleo:ſtudeo:
præter hæc & uolo caret participio futuri temporis ut nolo
Et quæ ex illis componuntur: Similiter & metuo: fluo:ſi
tio:tremo:ſeuo:ſero:algeo:diſco:paſco: furio. Quæ uerba
primitiua futuri temporis participiis carent.Similiter carēt
participiis imperſonalia omnia dequibus ſuperius docui
mus:& defectiua illa uidelicet quæ ordine declinari nō poſ
ſunt:ut aio:quæſo:inquam:faxo:ſalue:aue:cedo.& poſſū
ſimiliter & ſoleo:Sunt uerba quæ prima perſona confuſa
habentur:quorum ſignificationem ſecunda perſona coniu
gationis diſcernit:dico as.correpta priore ſyllaba dico cis
producta:fundo fundas:fūdo fundis:uolo uolas uolo:uis
appello appellas:appello appellis: compello compellas:cō
pello cōpellis:mādo as:mādo is.Sunt alia quæ ex diuerſa
forma præſētis tēporis in præterito confunduntur: paueo:

paui: paſco:paui: cerno: creui: creſco: creui: acuo: acui:
aceo:acui: lugeo luxi:luceo luxi::pēdeo pepēdi:pēdo pepē
di:frigeo frixi:frico:frixi.Sunt quæ idem habent preſens et
preteritū pfectū hæc ſola:Odi:noui:cepi:memini:pepigi:
hæc ī īperatiuo modo preteritū memī quod memēto facit
deficiūt & ī futuro et ī īfinitiuo modo et ī ſupinis:nec non
etiā et in participiis utriuſq; temporis. Vnū ex his odi duo
participia facit:preteriti temporis figuræ compoſitæ exoſus
et peroſus.Sunt alia quæ in omni declinatione ſecūdæ ſūt
coniugationis:& in infinitiuo quaſi tertiæ correptæ profe‑
runtur: Fulgeo infinitiuum fulgere facit: ferueo feruere
obſideo obſidere.

De paſſiuis.

Erba tam paſſiua q̄ deponentia nec non etiam com
munia cuiuſcunq; ſint cōiugationis præteritū perfectū in
has ſyllabas mittūt ī:tus:ī ctus:ī ſus:in xus: adiūcto ī om
nibus ſum uerbo:ut amor amatus ſum:doceor doctus ſū:
patior paſſus ſum:nitor niſus ſum.Notantur pauca quæ ī
præterito deficiūt paſſiua quidem hæc feror:ferior: tollor:
faciūt enim præteritum latus ſum:ictus ſum:ſublatus ſū:
Poſcor nanquæ hoc quoq; deficit: in præterito poſtulatus
ſum:arguor conuictus ſum: ſimiliter et metuor et timeor
nullum habēt præteritum perfectū.Deponentia uero hæc
Veſcor fruor:medeor:liquor: reminiſcor quæ in præterito
ſic proferuntur:paſtus:ſum:potitus ſum:medicatus ſum:
liquefactus ſum:recordatus ſum. Quæ ab alio præſenti ue
niunt:ſed ad ſupplementū decliatiōnis defectiuis accōmo
dantur.ſunt quædam deponentia in certis cōiugationibus
hæc ſola:Potior:orior:nam in ſecunda perſona numeri ſin
gularis tertiæ productæ ſunt:hoc eſt quartæ coniugationis
et preſenti tēpore infinitiui modi:oriris enim et potiris etiā
oriri & potiri dicimus.Reliqua ad exemplum tertiæ correp
tæ declinantur. Sunt alia quæ ex diuerſo ueniunt preſen
ti & in præterito confunduntur: ut patior paſſus ſum:
pandor paſſus ſum: ut apud Virgilium Crinibus iliades
paſſis Item uertor uerſus ſum: ut apud eundem. Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uerſa puluis inſcribitur haſta. Sũt alia imperſonalia quæ a
ſũptis præpoſitionibus ablatiui caſus declinãt᷑:& a uerbis
neutri gñis figurant᷑ uel actiuis quæ dtm̃ caſũ inſerie orati
õis admittũt:ut ſedet᷑:ãbulatur:ſtatur:pugnat᷑:itur: ſtude
tur. Veniunt.n. ut dictũ eſt a neutris ſedeo:ãbulo:ſto:pug
no:eo:ſtudeo. His.n.græcoꝝ iactãtiã ſiquã de copia ſermo
nis exercent:refutauimus:quod nec ꝓpria nequeunt expla
nare:ſimiltier nocet᷑ & ſuadetur & dat᷑ ꝓferimus: quæ ĩ ac
tiua ſpetie datiuo caſui iũgunt᷑. Sũt quæ ĩparticipiis defici
unt. Vt fruor:medeor:& reor:quod de preterito tamen ha
bet participiũ & ĩ preſenti & in futuro deficit. Itẽ naſcor fu
turi tẽporis participio caret. Et ĩperſonalia ſicut ĩ actiua de
clinatione participia nulla habẽt:niſi poetica uſurpauit Li
centia:ut regnata percuſſa pugnata futuri ut uigilanda ui
ris & his ſimilia: Finis.

Phocæ clariſſimi grammatici ars de nomine & uerbo fœlici
ter explicit.

PRISCIANI CAESARIENSIS CLARISSIMI GRAMMATICI EPITOMA.

Mnia nomina quibus latina utitur eloquentia
quinq; decliãtiõibus ĩflectũt᷑:quæ ordinẽ acce
perũt ab ordine uocaliũ formãtiũ gtõs. Prima
igitur eſt declinatio cuius genitiuus ſin in.æ.
diphthõgon deſinit ut hic poeta huius poetæ. Secunda eſt
cuius genitiuus ſin in.i. productũ deſinit ut hic doctus:
huius ti. Tertia in is breuẽ ut hic pater:huius tris. Quarta
ĩ us productã ut hic ſenatus:huius ſenatus. Quĩta ĩ ei diui
ſas ſyllabas: ut hic meridies:huius diei. habet ergo primæ
declinatiõis:ntũs litteras terminales duas..a.&.s. termĩa-
tiões uero tres.a.as.es. ꝓductas ut hæc ſyllaba huius bæ.
hic æneas huius æneæ. hic anchiſes:huius ſæ.ĩ.a. deſinentia
ſeu græca ſint ſeu latina:maſculina ſeu fœminina uel coĩa
primæ declinatiõis ſũt. ut hic cithariſta huius ſtæ. hic ſcri-
ba huius bæ. hæc caliopea:huius caliopeæ:hæc regĩa huius
ġgiæ. hic & hæc aduena huius aduenæ. Excipiũt᷑ nouẽ noĩa

mobilia. una:ulla:nulla: ſola:tota:alia:altera:utra neutra:
quæ decliãtionẽ pronominũ habẽt:in ius terminãtiũ geniti
uos quõ ea quæ ex his cõpoſita ſunt:ut aliqua:nequa: ſiq̃.
Neutra uero in a græca tertiæ ſũt declinationis:gtũs.n. græ
cus tos in tis cõuertunt apud nos ut hoc poema:huius poe
matis. emblema:tis. toreuma:tis. Litteraꝝ uero nomina tã
apud græcos q̃ apud latinos ĩ declinabilia ſunt ut & neutra
ut .α.β.a.b. In as uero uel ĩ es græca quæ apud græcos ĩ ου
dihpthongõ terminant genitiuũ prĩæ declinationis ſunt:
apud latinos: ut. ὁ λυσίας ου hic lyſias huius lyſiæ: ὁ
άντης ου hic antas huius antæ. ὁ πριαμίδης ου: hic pri
amides huius dæ. Sciendũ eſt autẽ ꝙ ſi patronymicorũ for
mæ ĩ ueniant᷑ propria noĩa ſecundũ tertiã declinationẽ ma
gis ueteres proferũt:ut hic thucidides huius didis. hic euripi
des huius pidis. Similiter ꝓferunt eiuſdẽ termĩationis bar
bara ut hic tygrães. huius nis. hic mithridates huius tis. hic
ariobarzanes huius ariobarzanis:& in aliis quibuſdã græcis
auctoritate idẽ feciſſe auctores ĩueniũtur:ut hic orontes hu
ius tis. Secũda declinatio terminales tres habet litteras.r.s.
m. terminationes uero ſex.er.ir. ur. us.eus. um.er ut ſacer
ir.ut uir.ur. ut ſat᷑.us.ut magnus.eus. ut tydeus.um ut tẽ
plũ. In er deſinẽtia ſi a græcis ſit ρος ĩ er cõuertẽtibus apud
nos et quæ fœmenina ex ſe faciunt ĩ a deſinẽtia et quæ.s. et
t. habẽt ante er niſi ſint poſſeſſiua ut cãpeſter:ſilueſter:ſecũ
dæ ſunt declinationis ut hic menander:huius dri. hic alexã
der huius dri. tener.ri. ſacer:cri. faciunt.n. tenera ſacra:hic
oleaſter. huius ſtri. hic apiaſter huius ſtri. excipitur hic Se
queſter huius ſtris. quod q̃uis tertiæ declinationis ſit tantũ
fœmininũ ĩ a facit ut hæc Sequeſtra:q̃uis uetuſtiſſimi ſecũ
dæ decliãtiõis rationabilius hoc protulerũt ut hic ſequeſter
huius ſtri. Alia uero oĩa in er:deſinẽtia tertiæ ſũt declinatio
nis ut hic pater huius tris. et hæc mulier: huius ris. hic &
hæc paup ris. hoc tuber huius tuberis. excipiuntur puer:
ri:Socer: ſoceri. fiber:fibri. cancer:cri. liber:libri. culter:cul
tri. faber:bri. In ir. duo ĩueniũt᷑ maſculĩa ſecũdæ decliãtõis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ut hic treuir:ri.quod eſt gẽtile:et hic uir.huius uiri:et ex eo
cõpoſita:ut leuir: duumuir:triũuir ſemiuir. Præterea neu/
tra duo ĩueniũť ĩ ir : unũ tertiæ declĩatiõis ut hoc gadir hu
ius diris nomẽ ciuitatis:et hoc ir.quod græci θεναρ dicunt.
ĩ declĩabile. In.ur.uero unũ maſculinũ cuius fœmininũ ĩ a
deſinit in uenitur ſecundæ declĩationis:ut hic ſatur:ri.Alia
uero oĩa tertiæ ſunt declĩationis:ut hic furfur:huius furfu/
ris.τὸ πίτυρον.hic et hæc fur ris:φῶρ:ος. hoc ſulfur:ris.
ὁ θεῖος.In us correptã.s.uel.t.uel.x.ãtecedẽtibus ſi ſint re/
rum ĩ corparaliũ uocabula maſculina ſũt:et quartæ declĩa
tiõis:ut hic riſus:huius ſus.hic uiſus:huius ſus. tumultus
metus.Sexus luxus:ſimiliter quartæ declĩatiõis ſũt quæ ex
his cõponũtur ut hic Sænatus a ſẽibus et natu huius ſena
tus:et quæ cognominatĩ ex his prolatis fixa ſunt ut magiſ/
tratus:huius tus.ὁ ἄρχων τοῦ ἄρχοντος:καὶ ἡ ἀρχὴ hic
exercitus:huius tus. ὁ ϛρατὸς τοῦ ϛρατοῦ καὶ ἡ ἄσκησις
hic ſaltus.τὸ ἄλσος:καὶ ἡ πήδησις.huius tus:eiuſdẽ præ
terea quartæ ſũt declĩationis quædã quæ cũ ſint fixa in tus
deſinũt aliq̃ præcedẽte cõſonãte ĩ eadẽ ſyllaba ãte.t.poſita
ut hic fluctus:huius ctus.hic quæſtus: huius ſtus . hic ric
tus huius rictus.Excipiť lectus: ἡ κλίνη ti.Nã ĩ iuſtus facit
ĩ iuſta.Similiter quartæ ſũt declĩatiõis quæ ꝑ ſĩcopã a ſu/
pradictis ĩcorporalibus proferũť:ut portatus portus . arcta
tus:arctus . arcitus:a uerbo arceo.artus . laqueatus: lacus.
uultus quoq; ipſa res eſſe uideť a uerbo uolo:quomõ a co
lo:cultus.Alia uero omnia ſupradictæ terminationis nomi
na maſculina ſunt ſecundæ declinationis ut hic bonus : hu
ius boni.humerus:ri.uentus:ti.quanuis uideať hoc quoq;
ſimile eſſe in corporali quod a uerbo uenio naſcitur ex quo
compoſitum eſt aduentus.Sanctus:cti.ſõnus:ni.excipiun
tur gradus.Sinus currus:ficus:quod eſt uitium corporis:et
tonitrus : et cornus:quæ etiam neutra ſunt ĩ.u.deſinentia:
et unum tertiæ delinationis:ut hic lepus:huius leporis. Nã
ſpecus et penus tam maſculini quam fœminini et neutri ge
neris in ueniuntur et ſecundæ et tertiæ et quartæ declinatio

ut hic penus huius peni.& hoc penum:huius peni.et hoc
penus : huius noris .et hoc penu huius penu . Similiter
hic ſpecus huius ci. et hæc ſpecus : huius ſpeci.& hoc ſpe/
cu huius ſpecoris. et ſpecũ huius ci.In us correptã deſinen
tia fœminina ſi ſint propria uel appellatiua aut græca ĩ.os.
deſinentia apud græcos uel arboꝝ nomina ſecũdæ ſunt de/
clinationis:ut tyrus huius tyri.Cyprus huius cypri.arctus:
arcti.pilus:pili.cupreſſus:cupreſſi.pyrus:ri.arbutus:ti. pi/
nus:ni.alnus.ni.Excipiũtur quinq; noĩa quæ tam quartæ
quam ſecundæ declinationis inueniunť : ut quercus: lau/
rus:pinus.cornus:ficus:et unum tertiæ declĩationis ut hæc
uenus ueneris.Alia uero oĩa in·us.correptam deſinẽtia fœ/
minina quartæ ſunt declinationis ut hæc manus: nurus:ſo
crus:porticus:anus:excipiuntur aluus ui . et humus mi.et
hæc domus huius domi.uel domus.et hæc colus: huius li.
uel colus.Neutra in us deſinentia ſeu producta ſeu correp/
ta tertiæ ſunt declinationis et in ris terminant gtĩ : ut ius:
ris.plus:ris.munus ris.pondus:ris. pectus:ris . corpus:ris.
maius:ioris.minus:ris.Excipiunť pelagus:gi. quod græcũ
eſt & uulgus gi.quod et maſculinum ẽ:et Virus:ri·et pus ĩ
declinabile.Item in us cõrreptam cõmunia duo in ueniunť
tertiæ declinationis ut hic et hæc & hoc uetus: ueteris.hic &
hæc ligur:ris quod eſt gentile et duo monoſyllaba quæ pro
ducuntur in ntõ:ut hic et hæc ſus:is.grus:uis . Nam mus:
ris. dictum eſt a agræco.μῦς.mutauit υ ĩ.u. longam.Nul
lum enim latinũ nomẽ maſculinum in.us.productã deſi/
nit . græca igitur ĩ.us productam ſi apud græcos in dos fini
unt:genitiuum apud latinos dos ĩ dis cõuertunt per eundẽ
caſum ut . ὀιδίπους. δος hic œdipus huius . œdipodis.
ὁ μελάμπους δος hic melanpus huius melãpodis . Latĩa
uero quæ ĩ ſupradictã ſyllabã ĩ.us.ꝓductã deſinunt ſine
dubio fœminiã ſunt et tertiæ declinationis ut hæc ſeruitus
huius ſeruitutis.ſenectus:tis.iuuentus:tellus:ſalus: palus:
et quæ de eoꝝ et aliorum nominum ultimis et penultimis
ſyllabis græcorũ.Latius ĩ ſexto de nomine libro docuimus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

In eus deſinentia græca ſunt tantum et ſecundæ declinatio
nis ut hic tydeus huius tydei . orpheus ei . Oyleus:oylei.in
um deſinentia omnia ſecundæ declinationis ſunt ut hoc tẽ
plum huius templi.palladiũ:dii.pallatium:tii.

Ertia decliãtio hẽt litteras terminales: decẽ.a.e.o.c.l.
.n.r.s.t.x.a.ut poema.e.ut Sedile.o.ut Virgo.c.ut
lac:lactis.l.ut ſol:n.ut numen.r:ut orator.s.ut ciuitas.t.u⸗
caput.x.ut hic et hæc & hoc fœlix ĩ.a.neutra et in.e.corrept
tam et ĩ. o.omnia tertiæ ſunt declinationis ut hoc toreuma
huius tis.hoc monile huius monilis . Sedile:ouile caro &
hæc uirgo:hic et hæc homo.excipitur hoc cepe quod apto
tum eſt:dicitur tamẽ et hæc cepa huius cepæ in.c . uel.l.uel
.n.uel.t.uel.x.deſinentia omnia tertiæ declinationis ſunt
ut hoc.alec:huius:cis.cõſul:lis. titan:nis . Sinciput:tis.fal
lax:cis. In er deſinẽtia ſi non ſunt ſecundæ declinationis de
qua ſuperius docuimus ſine dubio tertiæ ſunt ut hoc boſ
tar:ris.augur:ris.agger:ris.hæc ſoror:ſororis.hic et hæc feli
cior:ris.hoc laquear:ris. In.s.uero deſinentia in quinq; de
clinationibus inueniuntur per autecedentes igitur per uoca
les ea diſcernamus. Inas deſinẽtia latina quidẽ omnia ſunt
tertiæ declinationis Græca uero quæ in os.terminant geniti
uum apud græcos ut hic Mecenas:mecenatis.arpinas:arpi
natis.ciuitas:ciuitatis.pietas:tis.hic athlas: tis. hæc palas:
dis. In es.correptam omnia ſunt tertiæ declinationis:ut hic
miles:tis.hæc ſeges:tis.hic et hæc teres: tis . In es productã
græca quidẽ quæ genitiuum græcũ in ους uel in εος.termi
nãt tertiæ ſũt decliãtiõis:ut ὁ ἑρμογένης.εος.uel ους.hic
ermogenes huius : ermogẽis. ὁ ἐτεοκλῆς.εος.ους.hic Et⸗
eocles huius clis. Latina uero ſi ante.s.i . habuerint quintæ
ſũt decliãtionis:ut facies:ciei.ſeries:riei.dies:diei. excipitur
quies:tis.cuius cõpoſitum requies:tis.et requiei:facit gtĩ.
Alia uero oĩa tertiæ ſũt decliãtionis ut hic ulyxes:huius uly
xis.hic uerres:ris.hæc cedes: dis . Nubes:bis. amnes:hic &
hæc heres:huius dis.præſes.hic et hæc locuples:tis.Excipiũ
tur res:rei.& ſpes:ſpei.plebes:bei.quod et plebs bis dr̃ . In

is.oĩa tertiæ ſũt declinationis:ut hic collis huius collis. Sã
nis:huius nis.hæc neapolis:huius lis.dis:tis:hic et hæc uti⸗
lis.In.os.quoq; correptã oĩa latina ĩ.os.productã uel ĩ.us.
græca tertiæ ſũt decliãtiõis.ut hic flos:floris.nepos:tis.dos:
tis.hic & hæc cuſtos : dis.hic heros:is . hermos:is . Sed de
penultimis et eoꝝ et alioꝝ omniũ ĩſexto de nomine libro
Latuis ut ſupra dictum ẽ ĩuenies. In æs uel ĩ.aus. diphthõ⸗
gon deſinentia:& oĩa quæ ĩ duas conſonãtes deſinunt ter⸗
tiæ ſũt declinationis : ut hic præs:huius dis. hoc æs:huius
æris.fraus:dis.laus:dis.ars:tis.mõs:montis.

Varta declinatio termĩales lr̃as duas habet.s.&:u.ter
mĩatiões uero ſimiliter duas.us & . u.In.us.quidem
maſculĩoꝝ uel fœmininoꝝ In.u.nero .neutroꝝ.ut hic uul
tus.huuis:tus.hæc manus huius mãus.hoc cornu:huius:
nu.hoc gelu:huius gelu.hoc genu:huius.genu.Sed in.us.
terminatorum regulas ſuperius tractauimus qñ de ſecun⸗
da docebamus declinatione: In:u:uero deſinentia neutra
ĩ ueniunt̃ ĩ declinaailia ĩ ſingulari numero: inplurali uero
ſecundum quartam declinationem inflectuntur.

Vinta declinatio unã hẽt terminationẽ in es ꝓductã de
qua ſuperius oſtendimus quando de tertia decliãtione
diſſerebamus ut hic meredies: huius diei. hæc ſunt de
obliquis caſibus quintæ declinationis .

Rimæ declinationis gtiũs et dtũs ſĩgularis ĩ.æ·diphthõ
gõ deſinũ:ut huius poetæ:huic tæ.actũs ĩ am : ut hũc
poetã uoctũs et abltũs in.a:ut.o . poeta:et ab hoc poeta.
Ntũs et uocatiuus plurales ĩ.æ.diphthõgon ut hi &.o.poe
tæ.gtũs in aꝝ.ut hoꝝ poetarum.dtũs & abltũs in is.ut his
& ab his poetis.et fœminina mobilia duũ geneꝝ quæ natu
raliter mobilia ſunt differẽtiæ cã notant̃ ut deabus: filiabus
natabus:eq̃bus:anĩabus:aſinabus:mulabus.actũs in as.ut
hos poetas·Sciendũ ẽ tamẽ ꝙ in græcis nõinibus ẽ quando
græcis utunt̃ termĩationibus auctores ꝑdiuerſos caſus tam
ſĩgulares quam plurales:ut huius familias gtũs caſus:lati⸗
nus huius familiæ.

Ecũdæ declĩationis gtũs in.i.deſinit ut hic magnus:hu
ius gni.dtũs et abltũs ĩ.o.productam ut huic et ab hoc
magno.actũs in.um.ut hunc magnũ:niſi neutra quoꝝ ac/
cuſatiuus ubiq; ſequitur ſuũ ntm̃: ut hoc pelagus:hoc la/
quear.uoctũs quãdo ntũs in.er.uel in.um. deſinit ſimilis
erit ei.ut hic uir.et.o.uir.hoc tẽplum:et.o. tẽplum qñ ue/
ro in.ius.finit ntũs:ſi ſit propria noĩa abiecta.us.fit utũs:
ut Virgilius.o.uirgili.hic terentius.o.terẽti.in aliis uero no
minibus terminãtibus mutatiõe.us.in.e.fit uoctũs:ut ma
gnus.o.gne.Socius:o.cie:ĩ uenit unum nom̃:ut filius:o fi/
li:&.o.filie.duplici prolatũ uocatiuo ueteres tamẽ aliquã/
do aut metri uel euphoniæ cã nominatiuis utunt pro uoca
tiuis.In.eus.deſinẽtia græca ſunt tamẽ et uoctm̃ ſeruãt græ
cum:quõ et actm̃ ut hũc orphea.Et hoc frequentiſſime in
omnibus græcis nominibus in uenies qñ dicimus in multis
caſibus fieri ntũs et uocatiuus plurales ſecundæ declinatio/
nis per.i.finiuntur:ut hi et.o. magni. Neutra autem tam
eius quã aliarum declinationum in quibus ĩueniuntur no/
miuatiuum actm̃ et uocatiuum pluralem in.a terminant
quomodo fit apud græcos:gtũs pluralis ab ablatiuo ſingu/
lari addita rum profertur ut ab hoc magno:horum magno
rum.dtũs et ablatiuus in.is.ut his et ab is magnis.accuſati
uus in.os.ut hos magnos

Ertiæ declinatiõis gtũs in. is.correptã deſinit:ut hic rex
huius regis.dtũs in:i.ut huic regi.actũs in pleriſq; ĩ em
exit:ut hunc regem:in paucis uero in im iut hunc tyberim:
hanc reſtim:puppim:turim:ſitim:dequibus in. Vii.de no
mine libro Latius expoſuimus. uocatiuus ſimilis eſt ntiõ:
ut hic rex.o.rex.in græcis autẽ nominibus licet uocatiuo uti
græco ſicut ſuperius dictum eſt:ut tybri pr̃. ablatiuus ĩqui
buſdã per.e.correptam ut ab hoc rege.in quibuſdam per.i.
ut tyberi.inquibuſdã per.e.& p.i.ut a. fœlice uel fœlici.
ntũs actũs et uocatiuus plurales tertiæ declinationis.in es.
productã deſinũt:ut hi & hos &.o. reges: inquibuſdã aũt
actĩs ẽt.is.finitur ut hos & has õnes uel õnis gtũs pluralis

plerumq; in um.non ãñtecedẽte.i.ut a rege regũ ĩquibuſdã
aũt ãtecedẽte.i.ut hoꝝ mõtiũ dequibus ĩ. Vii.de noĩe libro
ro docuimus.dtũs & abltũs ĩ bus ut his & ab his regibus.

Vartæ declĩatiõis gtũs ſigularis ĩ. us. ꝓductã deſiit.ut
hic ſẽatus:huius ſẽatus.dtũs ĩ.ui.ut huic ſẽatui.actũs
ĩ um.ut hũc ſẽatũ.uoctũs aũt ſimilis ẽntĩo ut.o.ſenatus.
abltũs ĩ.u.ꝓductã ut ab hoc ſenatu eiuſdẽ declĩatĩõis ntũs
pluralis actũs et uoctũs in.us.productã ut hi et hos et.o.
ſenatus.gtũs in uum ut hoꝝ ſenatuum. datiuus et abltũs ĩ
bus ut his et ab his ſenatibus.

Vĩtæ de.gtũs et datiuus ſigulares ĩ.ei.diuiſas ſyllabas
proferũt:ut huius et huic diei.actũs in.m.ut hãc rẽ.uoctũs
ſimilis eſt utiõ.ut.o.res.abltũs in.e.productã ut ab hoc re.
ntũs actũs et uoctũs plurales eiuſdẽ declĩatiõis ĩ.es. ꝓduc/
tã exeũt ut hæ & has &.o.res:gtũs pluralis adiecta.rũ.ſylla
ba.ablatiuo ſigulari ut ab hac re.haꝝ reꝝ.dtũs et ablatũs
in bus ut his ab his rebus:et hoc qdẽ cõpendii cã ad inſtruẽ
dos pueros ſufficiat in præſenti dixiſſe.p ſpicationẽ autem
regulã & rationem tã penultimaꝝ ſyllabaꝝ quã ultimarũ
quæ ad õniũ pertinẽt nominũ declĩoẽs in.Vii.libris quos
de noĩe ſcripſimus diligẽtius in uenire licet.et maxime in.
Vi.et in.Vii.qui de nominatiuo et obliquis caſibus com
poſiti multorum teſtimoniis nituntur auctorum.

Ronomina de quibus nulla dubitacio ẽ:ſunt apud lati
nos.XV.prĩitiua qdẽ. Viii.ſũt huius prĩæ pſõæ:unũ.
ego & ſecũdæ unũ.tu.tertiæ uero ſex.ſui.ille:ipſe: hic:iſte:
is.deriuatiua Vii.meus:tuus:ſuus:nr̃:& ur̃:noſtras:et ueſ/
tras:hñt ergo primitiua duas declĩationes deriuatiua uero
duas uel tres.Vna qdẽ primitiuoꝝ ẽ.declĩatio quæ tã gtm̃
q̃ dtm̃ in.i.terminat.actũs et abltũs in.e.ꝓductã ut ego tu
mei:tui:ſui:mihi.tibi:ſibi:me.te.ſe. a me.a te.a ſe uoctm̃.
.n.ſecũda tm̃ hẽt pſona qui ſimils eſt ntiõ ut tu.et.o.tu.
pluralis prĩæ et ſecũdæ pſone ſimiliter declinant.Nã tertiæ
pronomẽ ſuprapoſitũ.i.ſui.quod ntm̃ nõ hẽt.comune eſt
utriuſq; numeri.nos. uos.noſtrum uel noſtri.ueſtrum uel

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ueſtri.nobis:uobis:nos:uos:a nobis.a uobis.in plurali aũt
numero ſecunda tm̃ habet perſona uoctm̃ qui ſimilis ē no-
minatiuo et actiõ.ut.o.uos.ideo autē ſui nominatm̃ nõ ha
bet quia nec apud græcos babet hoc autē in libro qui eſt de-
pronomine latius tractauimus. Altera uero declinatio eſt in
reliquis quinq; primitiuis quorum gtũs in.ius. dtũs in.i.
deſinit per tria genera actũs autem et ablatiuus ſingulares
et omnes caſus plurales in maſculio quidē et neutro ſecun-
dæ declinationis nominũ terminatiões ſeruant.in fœmini-
no uero primæ.ut ille:illius:illi.illa:illius:illi:illud:illius:il
li.illum:illam:illud. Neceſſe ē enim neutra nomina notm̃
actm̃ et uoctm̃ ſimiles habere:ab illo:ab illa:abillo. illi:illæ
illa. Notãdum eſt tamē ꝙ hic et hæc & hoc:huius:huic:da
tiuum ſemp in.c.terminat differentiæ cauſa propter hui in
teriationem. A ſeptem autem deriuatiuis: quinq; quidē ſe
cundum mobiliũ nominũ regulã declinant͛.i.maſculina &
neutra ſecundæ declinationis fœminina uero primæ et ſũt
hæc.meus:tuus:ſuus:noſter:&:ueſter. Reliqua uero duo.
.i.nr̃as:et ueſtras:cõmunia ſũt:et tertiæ decliãtionis:ut hic
et hæc noſtras:tis.et ueſtras:tis.in ueniunt͛ tamē nouē no-
mina mobilia quæ quia declinationē habent pronominum
inter pronoĩa quidã ea poſuerũt ut quis:quæ: quod:cuius:
cui. Vnus: na:unũ:unius:uni. ullus:la: ullũ:ullius : ulli.
nullus:la:lum.nullius:nulli. Solus:la:lum: lius:li.totus:
tota:tum:tius:ti.alius:alia:aliud.aluis:alii.uter:tra:trum.
utrius:utri.alter:ra:rum. rius:teri. Similitrr declinantur et
quæcunq; ex his componuntur.excipitur hoc neuter huius
neutri.uetuſtiſſimi tamen et neutrus protuliſſe ĩueniũtur.
quis uel qui.accuſatiuum in.em.terminat ut quem et abla
tiuũ tam in.o.quã ĩ.i.ut aquo uel aqui.et datiuum et abla
tiuum pluralem tam in.is:quam in. bus.ut quis uel aqni-
bus.quidam tamen oĩa infinita uel interrogatiua uel relati
ua uel reditiua ſubſtantiæ uel qualitatis uel quantitatis uel
numeri ſignificantia pronomina eſſe putauerũt ut quiſq;
qualis : talis. quantus : tantus : quot : tot : et quæ ex his

compoſita ſunt ſiue deriuatiua ut quotus:totus. Sed pro-
nomina eſſe non poſſunt quia finitas perſonas non habẽt
quod proprium eſt pronominis cum caſu coniunctum.

Mnia uerba quæ ſecundum anologiam declinantur:
in.o.uel ĩ.or.deſinunt et habent coniugationes quat
tuor. Prima igitur coniugatio eſt cui prima perſona in.o.de
ſinẽs mutat eã in.as.productam et facit ſecũdam perſonã
ut amo:amas. Secunda uero coniugatio eſt quæ eo primæ
perſonæ in.es.conuertit in ſecunda quæ ſẽper in ea coniu-
gatione una ſylla minor eſt: ut doceo:doces. Tertia autem
quæ in.io.quidē deſinens in prima pſona abiecta.o.aſſu-
mit.s.et͛ minuitur una ſyllaba in ſecunda perſona ut facio
cis. Alia uere quacunq; littera antecedente.o.in.is.breuem
conuertunt ut ueho : is.ruo : ruis. lego:legis. Quarta con
iugatio primam perſonam in.io.uel in.eo.finit.eiſq;
in.is.productam conuerſus facit ſecundam perſonam mi-
norē una ſyllaba ut audio:audis.eo:is.queo : quis.s. finali
ſecundæ perſonæ in.t.conuerſa fit tertia perſona in omni
coniugattone uocali tamen correpta ante.t.ut amas:amat
doces:docet.facis:facit.legis:legit.audis:audit. interpoſita
uero.mu.eadem ſecunda perſona ſeruans.s. facit primam
pluralē ut amas:amamus.doces:docemus. legis : legimus.
audis audimus.ti.uero interpoſita ſecundam perſonam fa
cit pluralē.ut amas:amatis.doces:docetis.legis:legitis. au-
dis:auditis. Tertia uero pluralis in prima quidem et ſecun-
da cõiugatione interpoſita.n.tertiæ perſonæ ſingulari ſolet
fieri:ut amat amant.docet:docent.intertia uero et in quar-
ta priæ pſonæ.o.finalem in.unt conuertentes facimus ter-
tiam pluralem ut facio:faciunt.lego:legũt.audio : audiũt.
.eo.eũt: præteritum inperfectum primæ quidem et ſecũdæ
coniugationisaſecũda perſona abiecta.s.fĩali et addita. bã
proferimus ut amas:bam.doces:bam.et ſimiliter fit in uer
bis quartæ coniugationis in.eo deſinentibus.ut.eo.is.ibam
quæo:is:bam.in aliis uero omnibus quartæ coniugationis
et tertiæ primæ perſonæ.o.finalem ĩ.e.ꝓductã cõuertimus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

et aſũpta.bam.facimus præteritũ ĩperfectum ut facio:bã.
audio:audiebã:licet autem et maxime poetis per ſincopam
in quarta coniugatione audibã:et munibam : dicere:et ſimi
lia.eãdem autem habet declinationem præteritũ perfectum
in omni coniugatione quod habet primæ cõiugationis præ/
ſens tẽpus & omnia quæ in.as.ſecundã faciunt perſonã cu/
iuſcunq; ſint temporis uel modi : ſimiliter declinãtur: ut
amo : as: at . amamus:tis:ant.amabam:bas: bat . amaba/
mus:amabatis:amabant.docebã:docebas:docebat. doceba
mus:tis:bant.docueram docueras: docuerat.docueramus:
tis:rant.legebã:legebas:legebat.legebamus:legebatis : bãt.
legeram:legeras:legerat.legeramus:legeratis:rant.audiebã:
bas:bat.audiebamus:audiebatis:bãt.audierã.audieras:rat.
audieramus:tis:rant.Optatiui futurũ et præſens cõiuncti/
ui tertiæ coniugationis et quartæ ſimiliter declinantur·ut le
gam:gas:at.legamus.tis:gant.in.es.quoq; ꝓductam deſi/
nentia in ſecunda perſona cuiuſcũq; ſint tẽporis uel modi
uel coniugationis ſecũdũ præſens tẽpus indicatiui modi ſe
cundæ cõiugationis declinant̃:ut doceo:ces:cet . docemus:
tis:ent.amarem:res:ret.amaremus:tis:rẽt.amẽ:es:et.ame/
mus:tis:ent.legẽ:es:et.legemus:tis:ent.In is uero correpta
terminantia.ſecundã ꝑſonã tertiæ coniugationis declinati/
onẽ quã habet in præſenti tẽpore ĩdicatiui modi . ſeruãt:ut
lego:gis:git.legimus:tis:legũt.amabo:amabis:bit. amabi/
mus:amabitis:amabunt.ibo:ibis:ibit.ibimus : ibitis:ibũt.
illud autẽ notandum eſt quod in ſubiunctiuis tertia ꝑſona
pluralis non conuertit.i.ĩ.u.ut amauerim:ris:rit.uel ama
uero:amauetis:rit.amauerimus:tis:rint.et in anomalis qui
dem tam ꝑſonæ ſingularis quã penultima ꝑſonæ pluralis:
et ſecũdæ perſonæ ſyllaba ꝓducitur:ut ſim:ſis:ſit.ſimus:ſi
tis:ſint. Velim:uelis:uelit.limus:tis:lint.ĩ aliis uero rariſſi
me in uenit̃.aparet igitur oĩa tẽpora ĩ õni cõiugatione et in
indicatiuis et ĩ õnibus modis abſq; ĩperatiuis:& abſq; præ
teritoĩꝑfecto trifarie declinari:ſecundũ præſens tẽpus triũ
cõiugationũ et oĩe quidẽ præteritũ ĩꝑfectũ et pluſq̃ꝑfectũ

ſecundũ prĩæ cõiugationispræſens tẽpus declinant̃.ut ama
bã:bas:bat.amaueram:ras:rat.docebã:bas:bat.docueram:
ras:rat.legebã:bas:bat.legerã:as:rat.audiebã:as : at. audie
rã.ras:rat.Similiter ſecũdæ et tertiæ et quartæ cõiugatiõis
optatiui futurũ et præſẽs ſubiũctiui ſecũdũ præſens tẽpus
prĩæ declinãt̃ ut doceã:as:at.legã:at:at. audiã:as:at: Secũ
dũ aũt præſẽs tẽpus ſecundæ cõiugatiõis declĩat̃ futuꝝ ĩdi
catiui ĩtertia & quarta cõiugatiõe ut legam:es.et.audiã:es:
et.& omne præſens cõiũctiui & præteritũĩꝑfectũ optatiui
& pluſquamꝑfectum utriuſq; modi ut amarẽ:res:ret: doce
rem:res:ret.legerẽ:res:ret.audirem:res:ret.amauiſſem:ſes:
ſet.docuiſſẽ.ſes:ſet.audiuiſſẽ:ſes:ſet.Similiter et optatiuũ
fururi tẽporis ſiue ſubiunctiui præſentis tẽporis primæ con
iugationis ut amẽ:ames.amet.orem:res:ret.ſecũdũ quã fu
turum tẽpus indicatiui modi ut legã:ges:get.tertiæ uero cõ
iugationis declinationẽ quã hẽt præſens ĩdicatiui.habet et
futuꝝ primæ & ſecũdæ cõiugationis.ut amabo:bis:bit . do
cebo:bis:bit.Similiter et quartæ ĩ.eo.deſinentis ut ibo:bis:
bit.Similiter ſubiũctiua præteritiꝑfecti et futuri temporis
uniuerſaꝝ cõiugationũ ut amauerim: amauero:ris . docue
rim:docuero:ris.legerĩ:legero:ris.audierĩ : audiero:ris . his
igit̃ generalibus triũ coniugationũ declinattonibus collectĩ
tibi expoſitis de præteritoperfcto generaliter quoq; docea
mus.

Mnis præteritiꝑfecti ꝑſona prĩa in.i.deſinit:ut amaui:
cuius de penultimis lr̃is uel ſyllabis in libro tertio uerbi
latius diſeruimus.hæc aſũpta.ſti.facit ſecundã ꝑſonam ut
amaui ſiiliter correpta ut amauiſti. docui.ſti.legi:ſti.audi
ui:ſti..t.uero aſũpta:ſed correpta.i.tertiã facit ꝑſonam ut
amauit:docuit . legit.audiuit.Sĩliter correpta.i.& aſũpta
mus.facit primam perſonam pluralem ut amauimus. do/
cuimus.legimus. audiuimus . ſtis . uero adiecta ut amaui
ſtis.docuiſtis.legiſtis. audiuiſtis facit pluralem perſonam
ſecundam . in tertia uero perſona plurali mutat . i . in. e.
productã & aſſumit runt uel.re.ut amauerũt uel amauer̃

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Pluſq̄perfectum in omni coniugatione apræteritoperfecto
fit.i. finali in.e.breuem couuerſa et aſſumpta ram ut ama
ui:amaueram:docni:docueram. legi:eram. audiui audie/
ram:uel audiueram.futurum primæ et ſecundæ coniugati/
onis a ſecunda perſona abiecta.s.et aſumpta.bo.ſolet fieri
ut amas:amabo:doces:docebo.idem fit ĩ uerbis quartæ cō/
iugationis in eo deſinentibus ut eo is.ibo.Tertiæ uero con/
iugationis omnium uerborum futurum et quartæ in:io.de
ſinentium fit aprima pſona præſentis.o.finali conuerſa in
am.ut lego:legam:es.audio:audiam:es.Et notandum eſt:
ꝙ nullo alio modo inuenies in prima perſona ante.m.litte
ram uocalem quæ in aliam tranſeat in ſecunda niſi in ſupra
dicto futuro.

Mnis ſecunda perſona imperatiui præſentis.a. ſecū/
da perſona fit indicatiui modi abiecta.s.intertia uero
coniugatione etiam.i.in.e correptam cōuertitur.ut amas:
ama:doces:doce:audis:audi:legis:lege.ideo autem.i. in e.
conuertit tertia coniugatio:quia debet ſeruare tēpus quod
habuit in ſecunda pſona ĩdicatiui modi:non poterat fina/
lem i.corripere:in omni.n. uerbo.i.infine producitur.Ter/
tia uero eiuſdē imperatiui pſona fit:aprima perſona indica
catiui conuerſa.o.finali in prima quidem coniugarione cō
uerſa in et:in aliis uero conuerſa in at:ut amo:amet:doceo
at:lego:legat:audio:audiat:et cætera hæc autem eadem ter
tia perſona abiecta.t ſed producta. e.uel. a. & aſſumpta
mus. facit primam pluralē ſuam:ut amet:amemus:doce/
at:doceamus:legat:legamus.audiat: audiamus. Secunda
uero pluralis aſingulari ſua fit adiecta te ſyllaba ut ama:te
doce:te.audi:te.Et notandum eſt:ꝙ intertia coniugatione
.e.fialis quæ loco.i.correptæ ponitur ĩ plurali numero eiuſ
dem perſonæ in penultimo loco in quolibet.e.correptā in
ueniri in.i.reddit ut lege:legite.Tertia autem pluralis impe
ratiui modi in omni coniugatione a ſingulari ſua fit:
interpoſita. n. littera: ut amet: ament. doceat: doceāt.
legat. legant. audiat:audiāt.Futurum imperatiui ſecūdæ

& tertiæ pſōæ cōe eſt et fit abiecta ſecūdæ pſonæ præſentis
tēporis to ſyllaba.ut ama:to. doce:to.audi:to.hoc.quoq;
notandū eſt ꝙ.e.finalis ĩ.i.redit impenultima ſyllaba prop
ter ſupradictam rationem:ut lege legito:non legeto. audi:
te.huic addentes te ſyllabam facimus ſecundam pluralem
perſonam ut amatote: docetote. Tertia uero pluralis futu
ri imperatiui atertia plurali præſentis indicatiui in omni cō
iugatione fit adiecta.o.ut amant:to.docent:to.legunt.to.
audiunt:to.eunt:to.Optatiui modi præſens et præteritum
imperfectum in ōni coniugatione aſecunda pſona impera
tiui aſumpta.rem.ut ama:rem.doce.rē.lege:rem. audi:rē.
Præteritum uero perfectū & pluſq̄perfectū eiuſdem modi:
fit apræteritopfecto indicatiui aſumpta.s.et ſem ut amaui
amauiſſē.docui:docuiſſē.legi:legiſſem. audiui. audiuiſſē.
Futurum optatiui fit aprima perſona indicatiui.o.in. em.
conuertens in prima coniugatione. In aliis uero.o.in.am.
ut amo:amem.doceo:doceam.lego:legam. audio: audiā.
futuro quoq; optatiui ſimile eſt præſens ſubiunctiui ut cū
amen:doceam:legam. audiam. præteritūquoq; impfectū
ſubiunctiui ſimile eſt præſenti et præterito impfecto opta/
tiui:ut cum amarem:docerem:legerem:audirem:præteritū
perfectun ſubiunctiui apræteritopfecto indicatiui fit.quod
mutat finalem.i.in.e.correptā & aſſumit.rim.ut amauerĩ.
docui.docuerim.legi:legerim.audi.audiuerim.idem ē præ/
teritum et futurum eiuſdem modi prima tantū mō perſōa
mutante.im.ĩ.o.nt amauerim:amauero.ris:rit. docuerim
ro:ris.rit.legerim:ro.audiuerim:ro.pluſq̄perfectū ſubiunc
tiui ſimile ē præteritoperfecto & pluſquāperfecto ut utinā
amauiſſem:docuiſſem:legiſſem.audiuiſſem:Infniitiua in
omni coniugatione fiunt præſentis temporis a ſecunda per
ſona imperatiui addita.re.ut ama:amare.doce:docer̄. lege.
legere.audi:audire.præteritumperfectum et pluſquāperfec
fectum infinitiui apræterito perfecto et pluſquamperfecto
optatiui fit abiecta.m.ut amauiſſē: amauiſſe. docuiſſem:
docuiſſe.legiſſem:legiſſe.audiuiſſē:audiuiſſe. uel audiſſe.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Futurū uero ꝑ ſupinum in um deſinens et uerbum.ire.ut
amatum ire.doctum ire. lectum ire. auditum ire. uel
per participium futuri in rum:neutri. ut amaturum eſſe
docturum eſſe. lecturum eſſe. auditurum eſſe. partici
pialia uel ſupina quæ tres caſus uidentur habere lo-
co infinitiui cū articulo cōuinctiui apud græcos accipiūtur
naſcuntur aparticipio præſentis tēporis.s.in.d.conuerſa &
addita.i.uel.o.uel.um.ut amans:amandi.do:dū. Sunt et
alia dubio quæ ad formā participii præteriti tēporis deſinūt
in.um.uel in.u.ut amatū:amatu.Sed hoc ĩter ē inter amā-
dum et a matum et inter amando et amatu. ꝙ a mandum
neceſſitatē āoris ſigĩficat:amatū uero iniciationē ad amo-
rem.Smiliter amando in ipſo amore.amatu uero pro ama-
tiōe uel amore.i.ꝓ ipſa re accipit̃.et hoc manifeſtat etiā ip
ſa interpretatio græca qbus ſupiora infinitiuoꝝ nō ſolum
cū articulis ſed etiā cum præpoſitione uim habent faciēdo.
ἐν τῶ ποιεῖν τοῦτο.hoc faciendo:dum. προς τὸ ποιεῖν:
τοῦτο.ad hoc faciēdū faciēdū ποιητέον. pro oportet face
re.Sequentium uero alterum cū præpoſitione græca et arti
culo infinitiuuum ſignificat ut uenatū. πρὸς τὸ θηρέυειν
θηρευτέον.i.pro oportet uenerari uel magis pro ipſa re ad
ad locum accipitur uenatū pro aduenationē.quō et uenatu
ꝓuenatione ſicut mirabile uiſu prouiſione ut nec uiſu faci-
lis nec dictu afabilis ulli prouiſione et dictione.

Vltis igitur modis ſic et in aliis docuimus locis nomi-
na ſunt hæc accipienda magis quā uerba unde et pro
poſitiones ĩ ueniuntur ante ea nomina quæ ĩ dū uel in tū.
deſinunr qui eſt accuſatiuus uel in do qui eſt ablatiuus po
ſitæ ut ad amandum et in amando.

Aſſiua uerba autē ex actiuis fiunt hoc modo omnia
actiua cuiuſcunq; cōiugationis ĩnquocunq; tempore
uel mō uel pſona ĩ.o.deſinētia aſſumūt.r.et faciūt paſſiua
.ut amo:amor.amabo:bor.amato: tor.amāto:amātor.do
ceo:doceor.docebo:bor.doceto.docetor.docento:tor. lego:
legor.legito:tor.legūto:tor.audio:audior:audiūto: tor.oīs

ſecunda perſona paſſiua et in præſenti et in præteritoĩpfec
to et in futuro ĩ dicatiui et optatiui ab actiua ſua fit inter-
poſita.ri.Sed intertia pro.i.penultima.e.correptā hēt:ſed
etiā.ris.in.re.cōuerſa ſolet eadem ſecunda perſona in omni
cōiugatiōe.e.proferri.ut amas:ris:uel amare:doces:ris. uel
re.legis:ris uel re.audis:ris:uel re.quomodo aūt docuimus
in actiuo ſic ēt ĩpaſſiuo præſētis tēporis declinatio docet:et
reliquoꝝ temporꝝ abſq; præteritopfecto & ĩ hs quæ ex hoc
naſcunt̃ ꝑ diuerſos modos declinationē quæ fit ꝑ unāq̄q;
extribus cōiugationibus tertia pſona ab actiua ſua adiecta
ur.ſolet fieri ut amat:tur.docet:docet̃.et cætera.Sed penul
tima in omĩbus coniugationibus producit̃. Excepta tertia
pluralis.prima et ſecūda pſona aſecūda actiui ab iecta:s:&
addita:mur:et mini fiunt:ut amas:mur:mini:doces:mur:
mini:legis:mur:mini:ſic audis:mur:mini:et in ōni cōiuga
tiōe penultĩa primæ pſonæ ātepenultima uero ſecūdæ ꝓdu
citur ſyllabæ aſq; tertia cōiugatione:tertia uero pluralis per
ſona ab actiua ſua fit adiecta:ur:ut amāt:tur: docent: tur:
legunt:tur:audiunt:tur:quæ uero in:m:deſinūt actiua pri
mæ perſonæ per omnes coniugationes & modos in præſen
ti uel in præteritoĩperfecto uel in futuro:m:in.r: cōuertētia
faciunt paſſiua:Nā præteritumpfectum et pluſq̄pfectū ꝑ
participia declinantur in paſſiuis ut amabam:bar: amarē:
rer:docerem:rer:decebā:bar:legebam:bar:legerē:rer: amē:
amer:doceā:docear:legam:legar:audiam:audiar: Cæteras
uero pſonas ſecundum prædictas regulas declinamus:Om
ne præteritūpfectumet pluſq̄pfectum paſſiuorum et ſimi
lium paſſiuis per participium præteriti tēporis et ſum uer
bum declinantur:paſſiua imperatiua ſecundæ perſonæ in
omni coniugatione ſimilia ſunt infinitiuis actiui uerbi:
ut amare:docere:legere:audire.Tertia uero perſona a tertia
ſui uerbi actiui fit addita.ur.ut amet:tur.doceat:tur.legat:
tur.audiat:tur.pluralia uero ſecundum tertiæ perſonæ ter-
minationē æqualiter terminantur addita. m.pro.t.inpri-
ma et in tertia interpoſita.n.ut amet amemur amentur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nam ſecũda perſona ĩperatiui mõi ſimilis eſt ſecũdæ pſõæ
indicatiui quomodo et apud græcos ut amamini:docemini
et cætera.hæc.n.tã indicatiuo mõ q̃ impatiuo ſimiliter ꝓfe
runtur idq; cõprobat uſus auctoꝶ. Terẽtius dicit ĩ phormi/
one cũ igitur dũ licet dũq; adſũ loqmini mecum. Itẽ in anti
pho contẽplamini me ĩ eodẽ uultu.idem ĩ eunucho uos me
ſequimini. Saluſtius in catilĩario expgiſſimini aliqñ et ca
peſcite rẽ.p.idem in iugurtio uos aũt adherbalẽ colite uene
ramini et obſeruate talem hũc uirum: ĩmitamini uirtutem
eius:& enitemĩ ne ego meliores liberos uidear ſũpſiſſe quã
genuiſſe.Futurũ ĩperatiui ſecundũ prædictã regulã fit abla
tio in.o.deſinente addita. r.ut amato:tor.doceto:tor.legi/
to:tor.audito:tor.Similiter in tertia plurali ut amãto : tor.
docẽto:tor.legunto:tor.audiũto:tor.Secunda uero fit per/
ſona impatiui a ſecũda ĩdicatiui mutatiõe.i.finalis ĩ.or.ut
amamĩ:nor.docemĩ:nor.legimĩ:nor.audimĩ:nor.Omniũ
mõꝶ præteritũ ĩpfectũ & pluſq̃perfectũ ſicut ſupradictũ
ẽ:p participium præteriti tẽporis et ſũ uerbi declinationem
ꝓferunt̃ ſubiũctiui ẽt futurũ:ut amatus ſum:amatus fui.
amatus erã uel fuera.ũt amatus eſſẽ uel fuiſſem. amatus ſĩ
uel fuerĩ.amatus ero uel fuero.In finitiua uerba paſſiua ab
actiuis fiunt hoc mõ mutatiõe.e.finalis ĩ.i.abſq; tertia con
iugatiõe in illa.n.ſyllaba extrema abiecta penultima.e.ĩ·i.
conuertit̃.ut amare:ri.docere:ri.legere:legi.audire:ri.præte
teritũ uero pfectum p participiũ fit neutri gñis & uerbũ
eſſe uel fuiſſe.ut auditũ eſſe uel fuiſſe. et cætera.Futurũ tẽ
pus participiũ ſimile fit.et.iri.uerbũ ut amatum iri.doc/
tum iri.lectum:iri.auditum:iri.

Mne participiũ pñtis temporis in.ns.deſinit & ĩ prima
cõiugatiõe qdẽ et ſecunda fit interpoſita ſecũdæ pſonæ
.n.ut amas amans·doces:docẽs.ĩ tertia uero & in quarta cõ
iugatione a pſona priã præſẽtis participiũ fit cõuerſa.o.in
.ens.ut lego:legẽs.audio:ẽs. Excipit̃.eo.& queo:quod eu/
phoniæ cauſa pro eens:iens pro queẽs:quiens faciunt:et ge
nitiuum ĩ untis.ut queuntis:pro queentis.

Mne participium præteriri temporis.t.uel.s.uel.x.ha/
bet ante.us ut amatus:doctus:auditus.leſus.fluxus et
reliqua.excipitur mortuus.

Mne participium futuri temporis in rus.uel in dus:de/
ſinit.ut amaturus.et amãdus. docturus:docendus:lec
turus:legendus.auditurus:dus.

Oĩa uerbalia plerumq; a participiis præteriti temporis
fiũt: Mutata finali.us.ĩ.or.ut amatus.tor.et cætera in
or.autẽ deſinentia mutant eam in. trix.et faciunt fœmini/
num ut amator amatrix:doctor:doctrix.lector: lectrix.Ex/
cepto nutrix.Rerum quoq; uocabula in corporalium ple/
rumq; præteriti temporis et participiis ſimilia inueniũtur.
Sed quartæ declinationis ut iudicatus : munitus:habitus:
auditus fiũt a genitiuo ſupradicti participii addita. a.et cor
repta.i.nomina ut coniunctus :coniuncti . adita.o.fit con/
iũctio.Ratus:rati.ratio penultima correpta.eſt tamẽ quan
do participia futuri temporis fœmininis ĩ.ra. deſinentibus
ſimilia ſunt ut ſcriptura.pictura:armatura.Eſt quando de
ſinunt in.um.uel in.or.ut factum:labor: in.o . deſinentia
omnia uerba actiuorum regulam ſeruant.in.or.uero paſſi/
uorum de quorũ ſpeciebus in libris in quos de uerbo ſcrip/
ſimus latius diſertum in uenies.

CAPRI VETVSTISSIMI AC ILLVSTRIS GRAM
MATICI DE ORTHOGRAPHIA ET LATINITA/
TE VERBORVM LIBER IN CIPIT.

AEc uia quo ducit dicemus:non ubi . Cato de
ſendit non diſcedit . et in terrogamus quo uel
qua hora ſolet ire foras: et eſſe foris. iacti in li
tus dicamus: delati in portum : introimus uel
irrumpimus : intus ſumus . Vado ad grãmaticum uel ad
medicum.diſco apud iſtos dicendum. improfundum nũ
mi uel in archam conduntur : et inuehor et iocor in
marcum. in manus incidit inimicus : et iu manus aquas
paſcimus . Veteres autem manibus pedibuſq; aquam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dixerunt in mentem uenit:non ĩ mente. oblitus ne ſcis noſ
tri:non nos. Veteres tamen et hoc modo dixere.et in uideo
tibi diuitiis:non diuitias comeſſor et comeſſa uti dicas meſ
ſor meſſura meſſum ſcribes. Cella penaria.non penuaria di
cendum. præcoca dicendũ præcoria deridendum. peparaaria
mola dicendum non eſt:ſed piperaria. Theſaurum dicẽdũ
eſt et theſaurus. miſertus mei per genitiu um dicitur.et acu
ſatiuum miſeratns me. pecto caput non pectino:et pexum
non pectinatum:ſic pexi me met et pectã cras:ſic nexi anec
to et ructo et nauſeo dicẽdũ quanuis quidam ueteres dixe
runt ructor & nauſeor. nõ egeo non eges non eget dicimus
non autem egeor ris tur.dico me uicturũ non uĩciturum et
picturum non pĩciturum:fido mihi et confido tibi et fidi
mus non confidimus nobis:ſic fidere media ſyllaba correp
ta. Nam ſi eſſet fideo et rideo tepeo faceret ridere fidere tepere
Sordet acet calet floret tabet ſqualet ſplendet uiget aret
hæc perfecta ſunt:at incæptiua ſordeſcit aceſcit caleſcit flo
reſcit ſqualeſcit ſplendeſcit uigeſcit.areſcit fufragor non ſu
frago:et ſic ſufragatus ſum non ſufragaui. Euentura mihi
præſago.is.it.nos præſagimus uos pſ̃ſagitis illi præſagũt.
Hic pecten nien uel ren lĩẽ. ſic tibicen fidicẽ liricen dicendũ
præſes præſidis.ambos et duos actiũo.ambo.et duo nomi
natiuo. Acer:ĩermus:ĩfirmus:faciunt pluralem acri:ĩ ermi:
in firmi. at acris:ĩ ermis:ĩ firmis: faciunt pluralem acres:in
ermes:ĩfirmes: ſed hilarus hilari facit:hilaris hilares. Noſ
tri noſtrorum noſtrum.uenit anos ſic ueſtri ueſtrorum.ue
nit auos. Vas uaſis facit:non uaſibus:et uaſorum uaſis ge
nitiuus ſignificat:odeo muſea ſerapea iſcea mauſolia cadu
cenda dicendum non eſt.non ſorbo ſedſorbeo nec ſorpſi.
ſed ſorbui ſic et abſorbui nõ abſorpſi.ut Lucanus. coactus
non coctus dicendũ. abſcondi non abſconſi. ſic non abſcõ-
ſus ſed abſconditus dicẽdum alter de duobus. unus ex plu
ribus uel tribus dicendũ deſcẽdi ĩ ſoluĩ maius nõ ĩ maiore.
fruitus ſum illa re ueteres dixerunt:fruitus nos illã rem.ſõ
nio dicẽdum non ſõnior et ſomniaui non ſumniatus ſum

Græca nomina ut phyrne.phalanx.phronimus phaleræ. p
.p.et.h.latina ut facile per.f.ſcribenda ſunt. Sine.n. ſcribẽ
da ſũt milies.cẽties.decies.quoties.toties. ſcribũtnr per.d.
quid dicis quid facis.cum nomem erit p.t.aut uerbum ubi
fuerit ſcribitur ut ĩquio:is:it.eo:is.it.et aduerbium numeri
quot.tot. et monoptotõ.ut lacte. Negant illud nomem
quidam muta poſſe finire et ideo dicunt lacte eſſe non lact
aut lac. Ad præpoſitio per.d.at cõiũctio per.t. ſcrbi debet
Exul cum addita.ſ.ſcribendum eſt.ætymologiæ.cauſa a ſo
lo quod uertit. Formoſus. ſine.n.ſcribitur ab ætymo quod
eſt forina Nactus enim per unũ.n. ſcribendum: nãciſcor
duobus. Quicquid ĩ priore ſyllaba.c.littera ſcribitur quoni
am.d.diuidit inter duas uoces:ſicut quanq̃ prior.n.habere
debet nõ.m.ne ſimiliter duas eſſe uoces oſtendat.atqui car
at.n.ſimiliter alioqui.haud dolo ſic recte ſcribit᷑: et enĩ.d.
inter duas uocales eſſe debet:quod ſi conſonans ſequitur.d
addi non debet ut hauſtio:narro:narratio per duo.rr.quere
la:loquela per.l. ſimplex. maſ: erit impoſitione: indimi
nutione maſculinus. Non ut quidã putant maſcellus.pro
nomẽ noſtrum ac ueſtrum ſi ſcriptura diuidenda ſit.s·litte
ra poſteriori ſyllabæ applicari debet:quoniã ſequens.s.litte
ra.t.muta eſt ſicut maieſtas.ſcribas ſtas.indeductione uo
cis eſſe debet non tas ſic in ſimilibus. Tunc temporis aduer
bium tum ordinis eſt:nũc uero ẽ & cum. mõ præteriti tem
poris eſt:ideo dicendum eſt:modo ſcripſi modo feci nõ mo
do ſcribo:modo facio:quãuis quidam ueteres in præſentia
putauerũt. Circiter ad numerũ reffert᷑.circum ad locũ:circa
ad tẽpus quod eſt.ergo dicemus circũiiſſe urbem:non circa
iiſſe. Supereſt reſtat ſignificat ſupat.n.ut ſuperant capite
et criuibus altis. Item egreſſi ſuperant foſſas:traſeunt ſigni
ficat. Caſus ſuperauerat õnes pro euaſerat. Captæ ſupera-
uimus urbi:pro ſuperuiximus: ſuperẽt quibus hoc neptu-
ne dediſti:pro uincant:amiſſa ſolus palma ſuperabat ace-
ſtes pro reſtabat. Spectar̃ per.s.expectare p.x. Demitto eſt
deorſũ mitto diſmitto nõ dicas. Fidus amicus erit: famulũ

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

fidelem dicito. Coram illo dicendum eſt: non palam illo: nā
palam ad multos refertur palam de multis factum eſt: ha
bet ſignificationem etiam ſi hoc ueteres uariauerūt. Cogno
ſcimus ignota & ī uiſa: agnoſcimus quæ nobis exciderant.
Illius ſimilis: ad mores refertur. illi ſimilis: aduultū. Clypeū
ἀσπιδια Cliſpum ornamentū dices. Verſus pagina dicet̃.
Verſus particpium a uerbo uertor. Alias tēporis aduerbium
quod græci ἄλλοτε. Cilo eſt anguſto capite cui hoc con
tingit īpartu: Chilo dicitur modum labiorū excedēs. Collac
taneus eſt eiſdem mām̄us educatus: Collacteus eſt qui uno
eodenq; lacte educatus eſt. Lacteus qui lacte alitur. lanctās
qui decipit. lactās qui lacte habūdat: ut lactantis ficus. luci
lius lactātia coacla cū melle bibi. lactea cādida ſūt ut lactea
laudat brachia dicit horatius. Suſcipimus: ad animū et ad
mentem refertur: ut ſuſceptum perfice munus: ſuſcipimus
corpore: ut ſuſcipiunt famulæ collapſaq; membra: ſuſcipi
mus aliquē uenientem. Accidere aliquid aduerſi: contingeŕ
aliquid pulchri dicito. Quādudum interrogantis: iam du
dum reſpondentis. Calcs dicendū ubi maceria eſt per. ſ.c.
at cū pedis calx per. x. mihi dtūs. mi. uocatiuus ē. Inuidus
qui inuidet: inuidioſus qui inuidiam ſuſtinet. Terga homi
nis ſunt tamen tergū ſingulariter facit. Quadrupedū erit
tergus: pluralis tergora. i. coria: Tergus quoq; inuenio dici
et eſſe eius plurale tergora. Noctu temporis eſt aduerbium
nocte nomen eſt. noctu dicimus cenaui: hac nocte nihil bre
uius. Commoda. i. accōmoda. Oliua arbor eſt. olea fœtus.
oleum liquor. Flemina eſt ubi abundāt Crura ſanguine. ple
mina cū in manibus uel ī pedibus Calloſi ſint ſulci. Vortex
fluminis ē uertex capitis. Pauperies dānū ē: paupertas ipſa
cōditio. Fœdus ſancitur religione: at ſponſio pœna ē. Mam
mas eſſe hōinis ſcito: at pecudis ubera. Bucinus ipſe canor:
ſed bucina erit tuba qua ſignū dat bucinator: A patria pa
triū dices. a patre paternus ē: precor ꝓſpera. īprecor tetra.
Dū manat ſanguis eſt: effuſus uero cruor erit. Sumimus
ipſi: accipimus ab alio: ſic cū dabimus dicendū eſt accipe.

cum promittimus ipſi tollere: dicēdum eſt ſume. Pone loci
aduerbiū eſt. poſt tēporis: poſt ſecus ōnino nihil eſt. Barbā
hominū barbas pecudum dices: Vultus mutatur. facies per
manet. Mœſtum animo: triſtē aſpectu dices. Calua uocaẗ
paſſaniē: uel Canon: licet Cælius et Varro Caluariam dicāt:
nam Caluarie plurale ē: Caluæ uero oſſa quæ ſūt et ſingula
riter Calua. Protēus p. e. aduerbium locale ē: i. porrotenus:
ut cū protenus utraq; tellus una foret. Protinus p. i. aduer
bium ē tēporale. i: ſtatim protinus æneas celeri certare ſagit
ta. Quatenus p. e. aduerbium ē: quatinus p. i. cōiūctio cau
ſalis. ut ſi dicas quatinus hoc ſine plagis non facis. en tibi
plagas aduerbiū. Quatēus autē tēporis aut loci: tēporis cū
dices quatenus hos mores exercebis. loci cū dicimus q̃tinus
ibimus in unū māducare. Buxus atbor erit: buxū aūt mate
ria ipſa. Hic malus nauis eſt: hæc malus frugifera. Pomeria
muroꝶ pennas auium dicimus. Laſerpitiū florē aut Caulū
laſer aiunt. Exprobat qui cōemorat quæ preſtitit. Oppro
bat q opprobrium dicit hoc eſt uitiū. Scorpio bellica res eſt
at ſcorpius animal ē. Adoleſcēs nomē ē adoleſcētes partici
pium. Primo pedato non pidato dicēdū ē. Nequidem fieri
poteſt nō ē dicēdum: ſed ne fieri quidē pōt. ut diſtinctū ſit.
Vir prætorius & quæſtorius nō prætoritius et quæſtoritius
dicēdū. Pulchra liburna dicēdum nō pulchra liburnia. Ve
dtūs & actūs ſeq debēt ut ue populo mauroꝶ & ue populū
mauꝶ. Salmēta proferre ne tineas quia latinum ē. Duo tan
ta ac tria tāta: duplū ac triplū ī uſu ueteres habuerunt. Om
ne aīal pecus præter hominē uocatū ē. Mox aliā ordibo tel
lam et ordiar tellā utroq; modo dixere. Hic culeus hic
pluteus: ſuccus: cuneus: laqueus: poſtes: margo: ueper uel
uepres maſculīa ſunt. hic cardo: hic axis: Modius: ſextarius
congius: orbis: gladius: ſanguis: uēter: aqualicalus: hic uec
tis: flos: ros: pons: hoc lutum atq; macellum ſigulari exire
mem̃to: licet ēnius iſta macella dicat: et Cæſar lutea. Recte
dices. hæc retia pluraliter reciaculū & reciacula uſurpādū.
Oīa noīa ī. is. finita maſculīa ſunt: ut hic finis: crinis: cinis:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

amnis:anguis.Hic radius non radium dicendũ.Ille ſal aſp
ſus muſaꝝ eſt nõ hoc ſal:uel hæ ſales:ſed hic ſal erit:quidẽ
dicimus hii ſales pluraliter Vrbanitates alicuius.Hic pulu/
inus molis ideſt puluillis.idem reffert̃:ad perſonam maſcu
lini gñis:eſt etiam inplurali numero ut idem lupus & idem
lupi.Idem correpte neutri & ad rem refert̃:ut idẽ ſcannum:
& idem rus.Mi paula & mi emilia diceudum non eſt: quia
mi maſculini gñisẽ:et pronomẽ:eſt etiã ortus a prima po
ſitione meus.ſed dr̃ mea paula & mea emilia. Omeũ caput
o.meumq; brachium : Nec non & ille ſolœciſmus: ubi di/
cier audis omnibus maior & melior animi. Cum ſynereſis
omnis alter ubi eſt fiat.prælatio uero ubi plures ſũt : Ergo
illuſtrior aſtris ſol omnibus aut dies cunctoꝝ illuſtriſſimus
eſt.Similiter multo eſt hic dignior illo : digniſſimus illoꝝ
dicendũ eſt.ſic potior:e.duobus potiſſimus õniũ. Primus
ex multis : prior ex duobus dr̃ : Muſtatius ſiue muſtatiũ
non ad gñs referendum eſt: quia hoc potius ſit aut illud.
Cum per ſe nihil ſit:ſed ſic plane eſt muſtatius panis:recte
dicimus et muſtatium librum:ſic militis puer gallearius
recte dicitur:Nam galleaºia ſolœciſmus eſt . Hoc cerebrũ:
nam qui cereber dñt ſine cerrbro uiuũt.Reſpondi nihil eſt
reſpõdit dic ciceroni.Bargena nõ bargina gñs cui barbaricũ
eſt.Vaſa iſta uinaria ſunt.Vinariaq; cella uulgus adhuc re
tinet de priſca recta loquela.Sobrius per.i.nõ per.e. ſcribẽ
dum Sedi non ſecus te:ſed ſecundum te dicendum.Ludos
aliquem egregios feciſſe dices:nõ dediſſe. Vir ducit mulier
nubit:quia pallio obnubit caput ſuũ genaſq;. Induxit ꝑ
decepit:ſeduxit non dicitur cum ſignificamus in aliã partẽ
duxit:ut ſeduxit foras.Patre matre quis cognato fatre ſoro
re:nõ opidus caret ac nummis:Nongentos non nocentos
dicendum:ab noue nonaginta non nonacenta: & nonagies
caſtigauit me:uti dicas non corripuit me.hic lanius nomẽ
eſt.Verbum autem lanio:aſ:at.dixerũt tamen et ueteres la
nio in nomine.Roſtra ſunt.nam pro roſtriſ dicit ante roſ
tra ſignificat ut promuris ſic errãt qui proſcenia appllãt.i.

cænam operoſam officinam & aduerſæ concauæq; apud
græcos de frõde ornatus Vmberq; cauſa fiebãt:ſcænæq; di
cebantur.Vnde rectius pulpita proſcænia quæ ante ſcænã
ſunt appellabantur ut ueteres ĩ eunt proſcænia ludi.in uer/
ſis armis pugnaſſe gladiatores non eſt dicendum. Sed uer/
ſis.i.tranſmutatis.Sic non in uerſis pannis agittaſſe auri/
gas:ſed uerſis. Balneæ dic lauant:nõ lauantur:ad homines
utroq; modo:poſſunt dici:quadrigas:trigas:& bigas:plura
liter effert̃.Antenas quoq; nõ aliter apud ueteres declinatas
niſi numero plurali.Carcer maſculini generis non niſi ſin/
gulariter dicitur in quo homines Coercẽtur.pluraliter uero
carceres unde currus effundũtur.Participium a nomine tri
pliciter diſernit̃.Comperatione:declinatione:ſignificatione
numeri et nomina cõmuuia ſunt.Sedes:ſpes:clades:labes
res.Frequentatiua uerba ex hoc nota ſunt ut cænito: pranſi
to:lectito:dicto:dictito:curſito:nectito:& ito:ibitoq;. Cũ
degenere alicuius generis nominis ambigis pluralem cõſu
le numerũ:ut puta ſi quæras hic partus ſit aut hoc partum
plurali numero faciat hæc parta.nec recipiat̃ hi parti mani/
feſtum eſt gennus:coufeſſiua fit uox ex duplici uoce.abnu
tiua ut non nollo : oſtendo enĩ me uelle:& non neſcio quæ
tibi uita eſt:& non nunquã prandeo & nec nõ eſt libera res
mihi.Rumigat nihil eſt:ſed ruminat et rumino.delibuit di
cit unguento non dilibuit:laquearia non lacunaria. Lĩtea:
mercat̃ dicitur.

Iitterã nulla uox latina aſciſcit.Ideoq; inſultabis glo
y riã dicmus.Subdio legimus audiuimus: ꝑ quo ſub
iũgebãt ueteres & dicebãt ſubdio cælo . Martulus a marte
nõ nmarculus:ſceua fames nõ famis dicendũ ẽ.Filicẽ non
fœlicem dicendũ.Vnde & filicata opera priores dixerunt ce
lata:unde et filix quam ita credo dictam ꝙ ſit minus fœlix
aruis.Pollenta nõ pullenta dicendum ẽ.Fictum rationis ẽ:
fixum uetuſtatis.ut pingo pictum:ſic fingo fictum partici
pialiter facit.Gobius piſcis non nunq̃ gobio legitur. Turpi
tudo non turpido . Nequam non malum ſignificat ſed in

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

utilem:& eſt aptoton ut frugi. Venſica .n. habet quia non
eſt ſine uento.iam ſup dicendum eſt:nam nihil ē ia. Item
non iamus ſed eamus. Montuoſam italiā ſiue ſardiniā me/
morato. Scripula non ſcribula dicēdū. Tinguere non tingerē
dicendū Quoniā ē uerbum tinguo:iſ:it. Ingenii profer: ſi/
cut officii quia nullus a recto caſu ē gtūs. Inciliciam non in
ſiliciam dicendū quia nuſq̄:ſine.n.pronuntiatur. Audacter
latiuū eſt:ſed audiciter melius eſt: quia nomina in.x.littera
terminata in aduerbiis.iter aſſumunt ut atrox atrociter. Fe/
rox ferociter.uelox uelociter:ſtlataris ſine.c. littera ſcriben
dū eſt. Aſtlata rate pyrratica. Stelbonem dicito ad ſimilitu/
dinem ſtellarum.

AGRAETIVS DE ORTHOGRAPHIA ET PRO/ PRIETATE ET DIFFERENTIA SERMONIS.

Omino meo Enchierio Epiſcopo Agrætius ſalu
tem dicit. Libellū capri de orthographia miſi/
ſti mihi : hæc quoq; res præpoſito tuo mori
buſq; tuis congrua ē:ut quia ſed nos in huiuſce
uitæ actibus corrigere uis:etiā in ſcribendis ſtudiis emenda
res: Nihil ergo quod in nobis eſt alienum acaſtigatione tua
credis:omnia noſtra et quæ dictu parua ſūt:ſollicita indage
rimaris:a uiuendo ad ſcribendum ab aīo ad manū a corde
ad articulum peruenis:hoc ē uere ſūmū ſacerdotē dei eſſe:
cōmiſſos ſibi homines ut ipſi dicitis et ſecundum ſpiritum
imbuere:& ſecundū litteram perducerē:huic ego Capri libel
lo de orthographia et proprietate ac differentia ſermonū:
quædam addicienda ſubieci: Non quod Vir tantæ peritiæ
aliquid prætermiſerit: Cum tam multis præſertim litterarū
operibus celebratur:qui incōmendando etiam Ciceronem
præcipuus: ſed quia nos difficilia putamus quæ ille ut faci
lia neglexit:ego autē credidi hæc ambigua aliquātis uideri:
quia nihil obſcura frequentata fuere. Ad te igitur hoc opus
mittitur in quo laborabis plurimum cui neceſſe eſt emēdarē
eū:qui aliquid emēdare præſumpſit donauit diuina pietas

ut qui ſcriptum abſte obſeruare uolumus : etiā præſcrip/
tum tuum ſeruarē poſſumus. Vale memor noſtri & præſidi
um meum.

Grætius & cū latine ſcribis p diphthongō ſcri
bendum :nō ut quidā putanr.per.y. Agrytius.
Triceni de tricentis dices.trigeni de triginta. Ac
cerſit qui uocat arceſſit qui accuſat. Sicut Cice
ro nō capitis arceſſere Et quando quod īcrepando uel īqui
rendo Interogantis aduerbium eſt:quod quando ſīpliciter
loquentis. Similiter.n.cum oſtendis en cum īcrepas : cicero
en cui tu quoq; libere liberos tute comittas : hem cū dolor
iram mouerit:aut cum admiratio cogitatioq; ſtuporem. Ac
ceruus mobilis eſt. Acerbus immaturus:aut aſper inſignis.
Abitum ſine aſpiratione de abſceſſu ſcribis:habitū de ueſti
tu geſtuq; corporis dicimus. Sicut primus e multis & prior
ex duobus. Ita poſtremus de multis & poſterior de duobus:
& alter de duobus dicitur alius de multis. Ve interiectio do
lētis eſt ſine oe. Ve coniuctio diſiunctiua. præmium. Cum
diphthōgo. Pretiū per.t. ſine.œ. Veteres enim maioris rei
ſermonis cum diphthongo:et quadam dignitate ſcribi uo
luerunt:precari eſt autem rogare: deprecari eſt purgare &
excuſare. Virgilius equidem merui nec de precor. Cicero
quid faciet hortenſius auaritiæ ne Crimina frugalitatis
Laudibus deprecabitur? Nubo nupſit ſcribo ſcripſit. Cum
uocalis ſequitur.b.eſſe debet conſonās.p. Fides de fidelita
te dicitur.fidis de corda. Diſertus orator eſt deſertus derelic
tus. Delator qui deffert ad accuſandum : dilator qui dif
fert ad proferendum. Traducta eſt getulis: nec ducit are
na nocentes: et delator habet quod dedit exilium. Deluit
purgat diluit temperat. Liuius de morte mitrydatis quod
cum diluiſſet:aduerſū te aduerſarius aduerſus te imitator
In Vleus ut accutum ſit:quia nomē ex ſono uocis accipit.
Deduco de amico producendo:diduco eſt autem diſtraho.
Derectum inrectum uadens·Directum in latera arreptum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

partem nomen eſt partim aduerbium . Faſtus de ſuperbia
& facit genitiuum faſtuum ·faſtus de libris:& facit faſtoꝝ.
Expectatur uenturus.Spectatur qui uidetur:uel probatur:
Apparet qui uidetur:aſt paret qui obſequitur:non regulæ
rationē ſed diſernendi intellectus gratia. Hercules Achilles
ueteres recto caſu per.e.ſcribebant genitiuo p.i . Et omnia
huiuſmodi nomina breui ſyllaba.

coniunctiuus modus præteriti perfecti & futuri.

Verimus coniunctiuo modo tempore præterito pefec
to.fuerimus eodem modo tempore futuro cum diceres
uerbo actiuo cōiūctiuo mō diceris uerbo paſſiuo īdicatiuo
modo.Miramur opera. admiramur uirtutes.Labiū ſuperi
us dicitur.Labrum inferius.Roſtrnm non eſt niſi quod in
curuum eſt.Exercitus laboribus.exercitatus ſtudiis . Mino
res res eſſe aliquas: aut homines dicimus : Nam minores
ēptum aut exiſtimatum aliquid recte dicimus:ſicut eſt plu
ris quod maioris ſumma taxatur . Plures de multitudine
ſcribimus:plures de comparatiui gradu Cicero unus plu
res prædonum duces cepit ſeruilius quam cæteri:poſitiuū
habet multi ſuperlatiuum:plurimi :cepit de capiendo: cœ
pit de incipiendo ſcribimus . Vterq; uenit utriq; ueniunt:
Cicero iubeo promi utroſq; binos ut habeam:qui delphica
Comparia uaſa ſemper ſunt.unde ipſe Cicero dicebat: ſci
phorum paria complura.Quæritur de inquirendo : quæri
tur deplorando dicimus:& ſic quæſtus lucri et queſtus la
chrymaꝝ.Poculum uas eſt potio qoud hauritur . Cicero
accepto poculo ſubito in media potione exclamauit . De
mediatum Calicem bibi non de medium dicere debemus
non enim ipſe uas bibis:ſed quod intra uas eſt. Olim & cō
dam & aliquando tria tempora tenent præteriti : præſentis
& futuri: affatim inueniūt exēpla:præſētis demus quod
difficile uidetur. Tumidis quod fluctibus olim tunditur.
Quondā etiā uictis reddit imprecordia uirtus . Expergiſ
ſimini aliquando & capeſcite rem.p.Cōſcribere eſt multa
ſimul ſcribere.Exſcriber quod ab aliis ſcriptum ſit trāfferr.

tranſcribere cum ius noſtrum in alium tranſit : inſcribere
accuſationis eſt uel occaſionis : adſcribere ſignificationis ē.
Deſcribere dictionis uel ordinationis diſcribere dictionis.
Extruere eſt in altum ſtruere.Inſtruere aciem uel actionem.
Adſtruere affirmare . Couſtruere ſtruendo coniungere.
Subſtruere eſt aliqua ſubterſtruere ſuper poſita re. Memi
ni me facere dicere debemus : non memini me feciſſe.Nā
memini ſermo eſt totus præteriti temporis qui ante fac
tam rem in præſens reuocat.& ſi dixeris memini me feciſ
ſe duo præterita ſimul iungis.Cicero memini me pamphi
lum.Libytanium mihi narrare ſolitū . Idem infra reſpon
di metello ut debui & memini me dicere. Terentius ego illā
uidi uirginem forma bona memini me uidere . Virgilius
cantando ſolitum memini me condere ſoles . Idem memi
ni me aruncos ita ferre ſenes:& multis præterea in locis:
neq; inuenitur ubi ab aliis magnis auctoribus memini
ita poſitum ſic : ut non addatur aut etiam aut aliquan
tus ſermo qui præſens tempus reſtituat. Niſi uno loco &
quaſi hoc mirabile:Nanq; ſub œbaliæ memini me turri
bus altis Choritium uidiſſe ſenem:quod poetæ pro neceſſi
tate metri licuit uſurpare . Inſtar illius rei dicere debemus
non ad inſtar.

Quæritur ab aliquantis quare.ſ . littera inter liquidas poſi
ta ſit.cum uelut ſola ſyllaba haberi uideatur ac propter hoc
dicta ſit:ſuæ cuiuſdam poteſtatis e ſt . Aliæ autem liquide
in ipſo concurſu litterarum & ſermonum Ita congluti
nantur ut pene interire uideantur . Hæc ratio apud lati
um unde latinitas dicta eſt : & orta & maior populus et
magis egregiis artibus pollens tuſci fuerunt : qui de lin
guæ ſuæ. G. litteram raro exprimunt:hæc res fecit habere
liquidam.Arbor omnen lignum dicitur:arbos nō niſi fruc
tifera.hora dierum:ora profiniunt . pignora rerum:pigno
ra filiorum & affectionum:columbæ quæ manſuetæ fieri
poſſunt:et domibus adſueſcere . Pallumbes feræ arboribus

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

feræ & ſiluis ſaxiſq; inhabitantes .robur arboris . Veniunt
qui uendunt ueneunt:qui uenduntur : Conſueſcimus bo
na inſueſcimus mala adſueſcimus utraq;. Contingunt bo
na accidunt mala:eueniunt utraq;. Fungi agere eſt: deffũgi
eſt defficere uel peragere . Adoleſcere augumenti eſt:in oleſ
cere coaugumenti eſt. Exoleſcere uaneſcentis eſt . Aue næ
ſteriles germen eſt. Habenæ dicuntur retinacula iumentoꝝ
hoc de habendi poteſtate:illud de occupandi auiditate dic
tum. Deuncem decem untias . diuncem . xi . pulchritudo
formæ ĩ uiris dignitas. Vnde cicero pro celio quis nõ poſſit
huic ætati atq; huic dignitati et ſi ſĩe ſuſpitiõe:at nõ ſĩe ar
gumento maledicere . In fœminis autem honeſtas dicitur.
Vnde Ter. de horrido & ſene eunucho:illum ne inhoneſtũ
hominem ambulare? Formoſitas uero inluxurioſis. Vt for
moſum paſtor Ipſe pronomen dignitatis: iſte abiectionis.
Donum dantis eſt munus accipientis . Illud adando: hoc
amuniẽdo uel amouendo dicimus. has manus huius homi
nis dicimus: hanc manũ multos hoĩes cõiungere. Coarguer̃
eſt: Coercere & cõpenſare. Arguere oſtẽdere & patefacere.
Vir. degeneres animos timor arguit unde argumẽta dicunt̃
quæ cauſã cauſæ oſtẽdũt: ſũt ſermones ut ita dixerĩ comu
nes duo ſibi contraria ſignificãtes. Vector eſt ille qui portat
et qui portatur. Hoſpes eſt qui recipit & qui recipitur . Sa
cer eſt uenerandus & execrandus. Vir. auri ſacra fames. Vl
tus eſt uindicatus et punitus . Gratia et bene et male rei cau
ſa nam ſic dicimus amicitiarum ut beneficii gratia. Ita ut
ſaluſtius opprobrii gratia Cicero religioni & ſuplicii gratia
colendam & fruendam tradiderat. Et Ter. qui refferam ſa
crilego illi gratiam? Sufragia populi et quæ honorant dicũt̃
et quæ donantur. Cicero de præfectura urbana. Iſtum uis
ullis populi ſuffragiis erripe ne potuit ? Donamus & illud
quod damus & illum cui damus. Afficimus honore affici
mus iniuria. Elleuamus et quæ ĩ altũ attollimus et quæ ale
uiamus leuiora facĩus . Subducimus et quæ retro: ſubtrahi
imus et quæ ĩprõptu offerĩus: bello Catilinæ optimũ quẽq;

in primam aciem ſubduxit pudet et quæ de alterius fac
to et quæ de ſuo: inadelphoꝝ libris Eſchini ubi eum pudet
patris nõ ante confeſſũ. Supremus ſummus et ultimus: et
ſuperioren et inferiore ſignificat. Altũ et quod ſurſum ẽ et
quod deorſum: procul & longe & prope ſignificat. Clypeo
excuſſa ſagitta proculq; egregiũ cantorẽ. Damnatus et adic
tus et obligatus uel potius abſolutus. Vir. quẽ dãnat labor
aut quo & cætera. i. Virtus ſua ab ſoluat aut uictorẽ faciat.
Nũq̄. n. Vir. induobus locis unã rẽ ponebat Præſertim cũ
aut interponeret cõiunctionẽ diſiunctiuã. Idẽ ipſe alio loco
damnabis tu quoq; uotis: ſicut uoti reus dixerat. Hic ita et
abſoluendos dixit. Vnde & iure damnas iſtius & iſtũ eſto
ligatum dr̃. hoc ẽ ſoluẽdo : eſto iſtum quod ſolui omnibus
modis neceſſe ẽ: & ſi res aliena ligat̃. In præpoſitõ utriq; ca
ſui ſeruit . Cum inloquelas tranſit fit etiam communis
intellectus: Nam et ſatis et parum factum aliquid uel non
factum dicimus. ſic ut impotens et ĩ fractus . Latere & ab
ſconſum eſſe aliquid dicimus: et late patere . Virgilius et
ſcuta latentia condunt : & torua ſolum ſub fronte late
bat. Horrendum dicimus deſpicabile aliquid. et admiran
dũ. Virgilius oculos horrenda in uirgine fixi . Aduocatur
daturus patrocinium . Inuocatur præſtaturus auxilium.
Euocatur præbiturus obſequiũ. Illuuies ſordidum eſt: In
gluuies uentris: Illud quidẽ alauãdo hoc ab ingluuiẽdo dic
tũ. Torres lignũ præuſtum. Torrens aqua prærupta decur
rẽs. Cõmonemus præterita admonemus pñtia: monemus
futura. Ne multas ſignificationes habet ut ne quære doce
ri . Ne longa aduerbium prohibendi . ne breuis cõiunctio
diſiũctiua: ut ẽ homines ne feræ ne. Ne lõga cõiunctio cau
ſalis ut ẽ ne tenus pluuiæ : & ne ſubeant herbæ. Temeritas
ſine cõſilio dicitur: audatia poſt conſilium. Velocitus pedũ
& corpoꝝ: celeritas aĩoꝝ atq; factoꝝ. Gaudiũ animi atq; læ
titia eſt: exultatio menbroꝝ atq; factorum. Vlcus eſt quod
naſcitur uulnus quod ab alio infertur. Viuum de uincturo
dr̃. uiuẽtem de morituro. Naſcitur quod de utero decedit:

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Enaſcit᷑ quod de terra aut de aqua exurgit. Adducitur quis
ad rem inhoneſtam: perducitur adſtudia: deducitur ad ho-
norem. Eluxit qui luctum deponit: illuxit cum lumẽ appa
ruit. Nuntiatur de longinquo: denuntiatur de præſenti: ad
nuntiatur de futuro. Anuntiatur de excuſando et repudian
do Cicero renuntiata eſt tota conditio. De portare deponer̃:
ad portare eſt aliquid afferre: comportare ĩunum locũ con
ferre: exportare: tollere. Tẽpantia eſt animoꝝ temperatio
reꝝ Tẽperies uentorum. Paſſim aliquid inueniri rerum
de re corporali recte dicimus. Affatim de re aliqua incorpo-
rali. primũ enim de inceſſu: illud de affatu dictũ. Lepus ani
mal eſt: Lepos iocunditas uoluptatis: unde et gratũ aliquid
lepidum dicimus. Lepos eloquii. Recipimus aliquid deſſe-
rẽdum rogati: ſuſcipimus noſtra ſponte: aſpicimus ſurſũ:
cõſpicimus Palam: reſpicimus: retro inſpicimus ĩtus. Præ
terea præteriti tẽporis. Saluſtius nũq̃ hiſpanos præterea ta-
le facinus facer̃ audiui. Temporis futuri ptæterea haud ſu-
ſpecteris. Eo uerbum primæ pſonæ: facit eo: is: it. eho aduer
bium interrogãtis ẽ: Ter. eho parmeno noſti? eo etiam ad
uerbium loci ut ſi dicis eo redactus ſum: heu interiectio do
lentis ẽ: eu laudãtis. Ter. eu formio. heu aduerbium uocã
tis. eu rñdentis. eo eſt ĩteriectio iubentis uel hortãtis. Ter.
eo puer curre ad bachidem. Limen ædium eſt: limes regio
num. Arundo canna eſt ab arunditaꝛe dicta hirundo auis ẽ
quæ tignis adhæret hirudo ſanguiſuga dicit᷑. Spirare uiuẽ
tis eſt: expirare mori. Pertinatia male rei. perſeuerantia bo-
næ Cõſequimur ſtudio: obſequimur officio. perſequimur
in iuria: ſubſequimur ordinẽ: adſequimur uoto. Nihil ad
uerbium nihili nomen eſt: nemo enim momenti: nullus ni
hil dr̃: Genus familiæ gẽtẽ regionẽ recte dicimus. Lætamur
de noſtris: gratulamur de alienis. Hoc gratificans lætitia
Cicero dicit· Neq; iſtius hõinis perditi ſubita lætitia. q̃ hu-
ius hoĩs ãpliſſimi noua gratulatio diuitiis eũ cõmouebat.
Herbulũ locũ dicimus ĩquo herba ẽ: & ſi aridus eſſe cõſue
uerit. Herboſum qui herbam facile generat: etiam ſi ad

tempus aridus ſit: Sic aquaticum potionem recte dicimus
quæ aquã aliunde recipit. aquoſũ locũ quod ex ſe aquã fun
dat. Ita & meritã potionẽ meroſũ: aut uinum appellamus.
Attollit aggerat ſcribendũ eſt: ĩ cõpoitiõe. n. ad præpoſitio
actĩ caſus corripit᷑ cũ ſeruire loqualis ĩcipit qñ eã muta ſe-
quit᷑: ĩtegra aũt pmanet qñ ſemiuocalis ut adficit adripit:
huius rei ratio redẽda ẽ. Vocales oĩs uocis principes ſũt: &
dõinæ litteraꝝ. quæ ſint uniuerſa fortiora naturaliter faci-
unt: ſubiecta & adiecta ſibi protegũt: æqualia aũt & reſiſtẽ
tia ellidunt: Nã quõ nõ nũq̃ inter ſe colliſa franguntur in-
terdũ & ſynalipham faciunt: Ita cõſonantes ſibi creditas cõ
ſeruant: quaꝝ uirtutẽ neceſſe eſt: ut ſemiuocales imitatæ ui
cinas ſibi mutas tueant᷑. Quæritur ab aliquãtis quid diſtat
inter ſup: & ſupra: & ſubter: & ſubtus: ſup ẽ quod eminet
ſupra quod ſubſtratũ aliquid habet: Itẽ ſubter eſt quod re
aliqua ſupiore premit᷑: & conculcat᷑: ſubtus ẽ quod demiſſũ
altius nõ cõtingitur. Sinum dicimus exterius ſumate ue re-
ceptaculũ. Gremiũ ueſtis receptaculũ ĩterius iacẽs ſecretũ.
Vir. pandentemq; ſinum: & tota ueſte uocantẽ: Ceruleum
ingremium. gremium autem dr̃ acontrario: ab ingreſſu dif
ficili. ſimilia procedunt: ſicut adytũ & penum & penetrabi-
le eo ꝙ adiri & penetrari raro ſoleant. Largitas humanitatis
eſt largitio ambitionis. Craſſari in corporeis eſt & ſanguine
is. Graſſari autẽ animi: aut crudelitatis. Album natura tan-
tum eſt: Candidum de ſtudio: Nam et corpori & animo ali
quotiens aſſignatur. Allbos ergo capillos: Carmen candidũ
recte dicimus. Muliebre dicimus a mulire aliquid factum:
Mulierarium per mulieres ordinatum: & per uiros geſtum.
Iuuẽtus ipſa hominis ætas & iuuẽta ipſa dea ut græce dicit᷑
aut poetice: Iunonis aut uxor herculus aqua iuniũ menſem
appellatum ĩ libris priſcorum legimus. Delictũ peccatum
aliquando dicimus: delectum militiæ: aut alicuius rei exa-
minis delectionem appellamus. Nam dilligi affectiõis eſt:
deligi iudicii eſt: Inter comodatum et mutuatum non
nihil diſtat. Comodamus aĩco ꝓ tẽpore equũ ſeruũ ueſtẽ

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hanc ipſam rem quam dedimus recēpturi. Mutuo damus
pecuniam: triticum: uinū & his ſimilia: quæ mutuo data
recipi neceſſe non eſt. Ligat quis uinculo: legat teſtamento
Loqui ē hominis: obliqui eſt obtrectatoris: ſicut obicit op-
ponit. Adloqui ſuadentis eſt: uel hortātis: uel blandientis.
eloqui oratoris. Percuſſum corpore dicimus: perculſum ani
mo. Cicero de ſignis tāquā illa face perculſus eſſe. Effertur
qui portatur: & efferunt qui laudādo extollunt. Idē Cicero
nimium hæc illi fortaſſe efferūt. Diſcrimē ad periculū pti-
net et id experimentum. Indigenes hoīes dicuntur: īdigetes
dii. Idem indigetes unde geniti dii. Circūpedes ſunt obſeqa
ſeruoꝝ: ante pedes amicoꝝ. Inſcita arbor ē cui inſciſſæ alie-
nū germē īcludit᷑. Ad ſcita cui īcolumi aliquid ſuſtīeat ad
iūgit᷑. Horatius quia populus ad ſcita ſurgit: quippe quæ
uitibus maritāt᷑. Fremor eſt rumor hominū: fremitus fera-
rum. Flauū dicimus rubeū ſicut flaua ceres. furuum nigrū
furuæ reginæ ꝓſerpinæ: fuluū rubeum & nigrū: furmū ſup
bum. fuluū leonē: et fuluā aquilam: & fuluū aureū ut ful-
ua pugnas nube tuentē: quæ haberet igneum de cæleſti et
ſordidum de lugubri: Aut certe de ænea iracundiā de turno
Triſtitiam: Fuluum certe aurum cui ad decorem ſplēdoris
ſui īgeniti aliquid addatur. Poſtulatur aliquid de honeſta
te poſcit᷑ improbe. Cicero ī furmentaria incipiunt poſtular᷑
poſcere minia. Aluus uirorum recte dicitur. Vterus mulieꝝ
Venter utroq; modo. Suplicia de tormentis dicimus et pre
cibus diuinis.

DONATI VIRI CLARISSIMI DE OCTO PAR TIBVS ORATIONIS EDITIO SECVNDA.

Artes orationis ſunt octo: Nomen: Pronomen:
Verbum: Aduerbium: Participium: Coniunctio:
Præpoſitio: Interiectio. Ex his duæ ſunt principa
les partes orationis: Nomen & uerbum. Latini
articulum non adnumerant: Græci interiectionem.
Multi plures: multi paucīores: partes orationis putant.
Verum ex his tres ſūt quæ ſex caſibus inflectuntur. nomen
pronomen: & participium.

DE NOMIME.

Omen eſt pars orationis cum caſu: corpus aut rem
proprie communiter ue ſignificās. proprie ut Roma:
tyberis. communiter ut urbs & flumen: Nomini accidunt
ſex. qualitas: comparatio: genus: numerus: figura: caſus.
Nomen unius nominis: appellatio multarum uocabulum
rerum eſt. Sed modo nomina generaliter dicimus. Quali-
tas nominum bipertita eſt: Aut enim propria ſunt nomina
aut appellatiua: Propriorum nominum ſecundum latinos
quattuor ſunt ſpecies. prænomen: nomē: cognomen: & ag-
nomen: ut. P. cornelius Scipio africanus. Omnia prænomi
na aut ſingulis litteris notantur ut. C. Cæſar. L. Catilina
aut binis ut. Cn. Pompeius aut ternis ut Sex. Roſius. Ap-
pellatiuorum nominum multæ ſunt ſpecies. Alia enim ſūt
corporalia ut homo: terra: Mare. Alia incorporalia ut pietas
iuſticia: dignitas. Alia ſunt primæ poſitionis ut mons: ſcho
la. Alia deriuatiua ut montanus ſcholaſticus. Alia dimuni-
tiua ut monticulus ſcholaſticulus. Diminutiuorum nomi-
num tres ſunt gradus quorum forma quo magis minuitur
creſcit ſæpe numerus ſyllabarum. Sūt etiam quaſi diminu
tiua quorum origo non cernitur ut fabula: macula: tabula:
uinculum. Et ſunt nomina tota græce declinationis ut te-
meſco: calipſo: pan. ſunt tota conuerſa in latinam regulam
ut polydeus: polux: odyſſeus: Vlyſſes. Sunt in græcam lati
nāq; formam quæ notha appellantur ut Achilles. Agamē
non. Sūt alia Omonima quæ una appellatione plura ſigni
ficant ut nepos: acies: ries. Sunt etiam alia ſimonina uel po
lionima ut terra: humus: tellus: enſis: mucro: gladius. Alia
patronymica ut pelides: atrides. Hæc & ab auis & a patri-
bus ſæpe fiunt. In his quæ græca ſunt ſiue maſculina ſiue
fœminina fuerint græcam magis ſeruabimus regulam. Alia
hoꝝ maſculīa aut ī des exeūt ut atrides ab atreo: aut ī ius ut
peleius: a peleo. aut ī iō ut neriō a Nereo. Fœminīa aūt aut

in is exeunt ut atreis:aut in as ut pelias : aut in é ut nerine.
Sunt alia thethica.i.poſſeſſiua quæ in ius exeunt ut euan/
drius enſis.Agaménoniæ mycenæ.Et alia mediæ ſignificati
onis & adiectiua nominibus ut magnus:fortis: dicimus.n.
magnus uir:fortis exercitus Hæc etiam epitheta dicuntur.
Alia qualitatis ut bonus malus.Alia quantitatis ut paruus
magnus.Alia gentis ut græcus hiſpanus.Alia patriæ ut the
banus:Romanus. Alia numeri ut unus:duo . Alia ordinis
ut primus ſecundis.Sed primus de multis de duobus prior
dicitur Sicut de duobus alterum dicimus:Ita de multis ali
um.Snnt alia ad aliquid dicta ut pater:frater. Sunt alia ad
aliquid quodammodo ſe habentia ut dexter: ſiniſter : Hæc
& comparatiuum gradum admittunt:non deſtrior et ſini/
ſtrior ſed deſterior & ſiniſterior. Sunt alia generalia ut cor/
pus animal:Alia ſpecialia ut lapis homo.lignum . Alia fac
ta de uerbo ut dictor:factor:lector. Alia ſimilia participiis:
ut demens : ſapiés:potens.Alia uerbis ſimilia ut comedo:
palpo:cotemplator:ſpeculator.

DE COMPARATIVO.

Omparationis gradus ſunt tres:poſitiuus: Compara
tiuus.Superlatiuus.Poſitiuus.ut fortis. Comparati/
uus ut fortior.Superlatiuus ut foſtiſſimus.Sed comparati
uus gradus generis eſt ſemper communis , Cōparantur aūt
nomina quæ aut qualitatem aut quantitatem ſignificāt.
ſed non omnia nomia per omnes gradus exeunt. Aliquādo
enim poſitiuus tantum inuenitur ut mediocris . Aliquādo
poſitiuus & comparatiuus:ut ſenex ſeniot . Iuuenis iunior
perſyncopam.Aliquādo Poſitiuus & Superlatiuus ut pius
piiſſimus Nam pro ſecūdo gradu magis aduerbium ponit̃
ut magis pius.Aliquando comparatiuus & ſuperlatiuus ut
ulterior ultimus.Aliquando ſuperlatiuus tantum ut nouiſ
ſimus.Extra hanc formam ſunt ut bonus & malus & ma/
gnus Dicimus enim bonus melior optimus malus peior pe
ſſimus.magnus maior maximus . Comperatio nominum
proprie incomperatiuo & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta.

Nam poſitiuus perfectus & abſolutus ē: Sæpe autem cōpa
ratiuus gradus præponitur ſuperlatiuo ut ſtultior ſtultiſſi
mo:& maior maxĭo. Sæpe minus poſitiuo ſignificat q̃uis
recipiat comparationem ut mare ponticum dulciuſq̃ cæte
ra :Sæpe idem propoſitiuo poſitus minus a poſitiuo ſigni
ficat q̃uis recipiat comparationem & nulli comparatur: Vt
iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus.Sūt nomina ſi/
gnificatiōe diminutiua intellectu comparatiua:ut grādiuſ/
uſculus:minuſculus:mauſculus.Comparatiuo & ſuperlati
uo tam aut minus aut minime aut magis aut maxime addi
ci non oportet . Adiciūtur autem poſitiuo tātum:Dicimus
enim tam bonus:tam malus:minus bonus: minus malus:
minime bonus:minime malus:magis bonus:magis malus
maxime bonus:maxime malus.Cōparatiuus gradus ablati
uo caſui adiungitur utriuſq; numeri .Sed tum hoc utimur
cum aliquē uel alieno uel ſuo generi comparamus: Vt hec/
tor fortior Diomede:uel audatior troianis fuit: Dicimus au
tem fortior hic quā ille.Superlatiuus aūt genitiuo tantum
plurali adiungitur.Sed tunc hoc utimur cum aliquē ſuo ge
neri comparamus ut hector fortiſſimus troianorū fuit:Ple/
rumq; ſuperlatiuus propoſitiuo ponitur & nulli comparat̃
ut Iupiter optimus maximus:Interdum comparatiuus ntō
adiungitur ut doctior hic quam ille

Enera nominum ſunt quattuor:Maſculinum Fœmi
ninum.Neutrum.Cōmune.Maſculinum eſt cui nu/
mero ſingulari caſu nomĭatiuo pronomē uel articulus præ
ponitur hic:ut hic magiſter:Fœmininum ē cui numero ſin
gulari caſu nominatiuo pronomen uel articulus præponit̃
hæc ut hæc muſa.Neutrum eſt cui numero ſingulari caſu
ntō pronomen uel articulus præponitur hoc:ut hoc ſcam/
num.Commune ē quod ſimul maſculiuum fœ mininūq;
ſignificat:ut hic & hæc ſacerdos: ſed ex his uel principalia
uel ſola genera duo ſunt maſculinum et fœmininū: Nam
neutrū & cōmune de utroq; naſcuntur . Eſt etiam trium
generum commune quod omne dicit̃:ut hic & hæc & hoc
ſ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

fœlix. Eſt epicœnon ideſt promiſcuum quod ſub una ſignificatione marem ac fœminam comprehendit: ut paſer & aquila. Sunt præterea alia ſono maſculinina intellectu fœminina ut eunuchus comœdia: horeſtes tragœdia: centaurus nauis. Alia ſono fœminina intellectu maſculina. Vt feneſtella ſcriptor: aquila orator. Alia ſono neutra ītellectu fœminina ut phroneſium glycerium: ſophroniū: quæ mulieres ſunt. Alia ſono fœminina intellectu neutra ut poema ſchema. Alia ſono marculina ītellectu neutea ut pelagus: uulgus. Sunt præterea nomina īſingulari numero alterius generis & alterius inplurali: ut balneum: tartarus: cælum: porrum: cepe: loca: fori: nauium. Sunt item nomina incerti generis inter maſculinum & fœmininū ut cortex: radix: ſilex: finis: ſtirps: pinus: pampinus: dies. Sunt incerti generis inter maſculinum & neutrum: ut frenus: clipeus: uulgus ſpecus. Sunt nomina incerti generis inter fœmininū & neutrū ut buxus: pyrus: pinus: malus. Sed neutro genere fructum fœminino ipſas arbores ſæpe dicimus. Sunt etiam genera nominum fixa: ſunt mobilia. Fixa ſunt quæ in alterū genus flexi non poſſunt: ut pater: mater: frater: ſoror. Mobilia autem aut propria ſunt & duo genera: ex ſe faciunt. ut caius caia: Martius martia. Aut appellatiua ſunt & tria genera faciunt: ut bonus: bona: bonum: malus: mala: malum. Sunt item alia nec in totum fixa nec in totū mobilia: ut draco: dracæna: leo: leæna: gallus: gallina: rex: regīa. Sunt diminutiua quæ non ſeruant genera· quæ ex nominibus primæ poſitionis acceperunt: ut ſcutum: ſcutella: piſtrinum: piſtrilla: canis: canilla. rana: ranūculus ſtatua: ſtatunculus. Nomē in. a. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari aut maſculinum eſt ut agrippa: aut fœmininum ut martia: aut neutrum ut toreuma: ſed tamen græcum eſt: aut commune ut aduena: Aut epicœnon ut aqla. Nomen in. e. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſigulari aut fœmininum græcum eſt ut euterpe: aut neutrum ut ſedile. Nomen in. i. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſigulari aut neutrum græcum eſt ut gummi: ſynapi: Aut trium generum et aptoton ut frugi: nihili. Nomen in. o· uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari aut maſculinum eſt ut Scipio: Aut fœmininum ut Iuno: aut commune ut homo. Nomen in. u. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari tantum neutrum eſt ut cornu: genu: gelu: ueru. Sed hæc nomina & quæ in cōſonantes deſinunt diuerſas regulas & multiplices habent.

Numeri ſunt duo ſingularis & pluralis. Singularis ut hic ſapiens. Pluralis ut hi ſapiētes: ē & dualis numerus q ſingulariter enuntiari nō poteſt ut hi ābo: & hi duo. Sunt etiā nomina numero communia ut res: nubes: dies: Sunt ſemper ſingularia generis maſculini ut puluis: ſanguis: Sunt ſemp pluralia ut manes: qrites: Sunt ſemp ſingularia generis fœminini ut pax lux. Sunt ſemper pluralia ut klnedæ: nundinæ: feriæ: quadrigæ: nuptiæ: ſcalæ: ſcopæ: Sunt ſemper ſingularia generis neutri ut pus: uirus: aurum: argētū: oleū ferrum: triticum: hæc & fere cetera quæ admenſuram pondus ue referunt: q̄quā multa conſuetudine uſurpata ſunt: ut uina: mella: ordea: Sunt ſemper pluralia eiuſdem generis ut arma: mœnia: floralia: ſaturnalia. Sunt quædam poſitione ſingularia: intellectu pluralia ut populus: couentus: contio: plebs: multitudo. Sunt quædam poſitione pluralia in tellectu ſingularia ut athenæ: cumæ: thebæ: mycenæ.

Figure nominibus accidūt duæ: Simplex & Compoſita. Sim ut doctus: prudens. Compoſita ut indoctus: imprudens. Componūtur auteam nomina modis quattuor. ex duobus integris ut ſuburbanus. ex duobus corruptis ut efficax: municeps: ex integro & corrupto ut ineptus: inſulſus. ex corrupto et integro ut pīnipotens: nugigerulus. Componūtur etiam ex pluribus ut in expugnabilis imperteritus. Indeclinatiōe compoſitorum nominum animaduertere debemus quod ea quæ ex duobus nominatiuis compoſita fuerint p omnes caſus ex utraq; parte declinari poſſunt ut eques romauus. prætor urbanus. Quæ ex noīatiuo et ex quolibet

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

alio caſu compoſita fuerint ea parte declinari tantnm qua
fuerit nominatiuus caſus ut præfectus equitum : Sena
tus conſultum . Prouidendum eſt autem ne ea nomina
componamus quæ aut compoſita ſunt aut componi om
nino non poſſunt.

Caſus nominum ſunt ſex nominatiuus : genitiuus: datiuus:
accuſatiuus: uocatiuus: & ablatiuus. Ex his duo recti appel
lantur: nominatiuus: & uocatiuus. Reliqui autem obliqui:
ablatiuum græci non habent . hunc quidam ſeptimum
non nulli ſextum caſum appellant. Eſt autem nomĩatiuus
ut hic Cato: genitiuus huius catonis: datiuus huic catoni:
accuſatiuus hunc catoné: uocatiuus. o. Cato: ablatiuus ab
hoc. Catõe. Quidã etiã adſumunt ſeptimũ caſũ qui é abla
tiuo ſimilis: ſed ſine præſitiõe. ab. ut ſit ablatiuus caſus ab
oratore uenio: ſeptimus caſus oratore magiſtro utor.

Sũt autem formæ caſuales ſex: ex quibus ſunt nomina. Alia
monoptota: alia diptota: Alia triptota: alia tetroptota: alia
pentaptota: alia hexaptota. Sunt præterea hæc aptota quæ
neq; per caſus: neq; per numeros declinãtur: ut frugi. nihili
neq̃. fas· nefas: nugas. In qua forma ſunt etiam nomina nu
meroꝝ a quattuor uſq; ad centũ. Nam ab uno uſq; ad tres
per omnes caſus numeri declinantur. Item a ducentis & de
inceps præter mille: Sunt & nomina quorum nominatiuus
in uſu non eſt: ut ſi quis dicat hunc laterem ab hac dictiõe.
Item per cæteros caſus nomina multa deficiunt ut ſponte:
tabo. Sunt præterea nomina quorum alia genitiuum caſũ
trahunt ut ignarus belli: ſecurus armorum . Alia datiuum
ut inimicus malis: congruus paribus. Alia accuſatiuum ſed
figurate ut exoſus bella: præſcius futura. Alia ablatiuum ut
ſecundus a romulo. alter a ſylla. Alia ſeptimum caſum: ut
dignus munere: mactus uirtute.

Omnia nomina ablatiuo caſu numero ſingulari quinq; litte
ris uocalibus terminantur: ſed ea dumtaxat quæ non ſunt
aptota. In illis enim regula non tenetur. Quæcunq; nomĩa
ablatiuo caſu ſingulari a littera fuerint terminata genitiuũ
pluralem in. rum. ſyllabam mittũt datiuũ & ablatiuũ ĩ. is.
ut ab hac muſa: harum muſaꝝ: his & ab his muſis. Neceſſe
eſt autem contra hanc regulam ut declinentur ea nomina: ĩ
quibus genera diſcernenda ſunt ut ab hac dea: harum deaꝝ
his & ab his deabus: ne ſi diis dixerimus deos nõ deas ſigni⸗
ficare uideantur. Quæcunq; nomina ablatiuo as ſingulari.
. e. littera correpta fuerĩt terminata genitiuum pluralem in
. um. ſyllabam mittunt: datiuum et ablatiuum ĩ. bus. ut ab
hoc pariete: hoꝝ parietum: his & his parietibus. Contra hãc
regulam ĩ uenimus ut ab hoc uaſe: horum uaſoꝝ: his & ab
his uaſis. Si uero. e. producta fuerint terminata genitiuum
pluralem in. rum. ſyllabã mittunt: datiuũ & ablatiuum in
bus ut ab hac re harum reꝝ: his & ab his rebus. Sed hæc re⸗
gula proprie fœminini generis putatur. Quæcunq; nomĩa
abltõ caſu ſingulari. i. littera fuerint terminata gtĩn plura⸗
lem in. ium. mittunt: dttiuũ & ablatiuum in bus: ut ab hac
puppi: haꝝ puppium: his & ab his puppibus . huiuſmodi
nomina caſum accuſatiuũ pluralem propter differentiã me
lius in. is. q̃ in. es. ſyllabam terminant: ut ab has puppis na⸗
uis: clauis: quia puppim: nauim clauim: & non puppé na⸗
uem clauem. Eoꝝ autem nominũ quæ genitiuo caſu plura
li in. ium. ſyllabam exire poſſunt trina regula eſt. Prima eo⸗
rũ é quæ nominatiuo caſu ſĩgulari. n. &. s. litteris terminã
tur: ut mons montium : Altera eoꝝ quæ ablatiuo caſu ſin
gulari. e. correpta finiuntur & fœminina ſunt: ut ab hac cla
de haꝝ cladium his & ab his cladibus: & ab hac cæde: haruũ
cædium his & ab his cædibus . Tertia eorum quæ ablatiuo
caſu ſingulari. i. littera terminantur ut ab hac reſti . harum
rrſtium his & ab his reſtibus. Sad hæc regula etiam accuſati
uum ſingularem interdum per. im . ſyllabam terminat ut
hanc reſtim: & hanc puppim. horum multa cernimus con⸗
ſuetudine commutata . Quecunq; nomina ablatiuo caſu
ſingulari. o. littera fuerint terminata genitiuum pluralem
in. rum. ſyllabam mittunt: datiuum & ablatiuum in. is . ut
ab hoc docto horum doctorum: his ab his doctis . Contra

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

hanc regulam inuenimus.ut ab hac domo harum domorũ
his & ab his domibus:& ab hoc iugero horum iugerorum.
his & ab his iugeribus.Sed ſcire debemus multa quidem ue
teres aliter declĩaſſe:ut ab hac domu:harum domuum :his
& ab his domibus.& ab hoc iugere. horum iugerum his &
ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam indicti
onibus plus ĩterdum ualerere q̃ analogiam:& regulam præ
ceptorum. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari.u.
littera fuerint terminata genitiuum pluralem in.um. ſylla-
bam mittunt gemina.u.littera datiuum & ablatiuũ in bus
ut ab hoc fluctu.horum fluctuum his & his fluctibus. Nã
nihil neceſſe eſt retinere.u. litteram et fluctubus dicere:cũ
artubus neceſſitate dicamus.ne quis nos artes non artus ſi-
gnificare uelle exiſtimet: In hanc regulam non ueniunt:ut
dictum eſt:aptota nomina:ut fas:nefas:nequã:nihili. Nõ
ueniunt tantum pluralia ut ſaturnalia:uulcanalia: compi-
talia.Nõ ueniunt quæ a græcis ſũpſimus:ut emblema:epi
gramma. Schema:poema:ſtẽma. Nam huius formæ no
mina ueteres etiam fœminino genere declinabant.In his re
gulis Analogia uel ex collatione poſitorum nominũ:uel ex
diminutiõe cognoſcit᷑. Meminerimus hæc græca nomĩa ad
græcam formam melius declinari:&ſi illa non nulli ad lati
nos caſus conantur inflectere.Duodecim autem litteris om
nia nomina latina caſu nominatiuo numero ſingulari ter
minant᷑ uocalibus quinq;.a.e.i.o.u.Semiuocalibus ſex.l.
.m.n.r.s.x.Muta una.t.A.ut tabula.e.ut ſedile.i.ut frugi
.o.ut ratio.u.ut genu.l. ut mel. m.ut ſcamnum.n.ut flu
men.r.ut arbor.s·ut flos.x.ut nox.t.ut caput.quidam adi
iciunt.c.ut lac & allec.

DE PRONOMINE.

Ronomen eſt pars orationis quæ pro nomine poſita
tantundem pene ſignificat perſonamq; interdum re
cipit.Pronomini accidunt ſex qualitas: genus:numerus:fi
gura:perſona:et caſus.Qualitas pronominum duplex eſt:
aut enim finita ſunt pronomina:aut infinita. Finita ſunt
quæ recipiunt perſonas. ut ego: tu:ille.Infinita ſunt quæ
non recipiunt perſonas:ut quis:quæ:quod.Sũt etiam pro
nomina minus q̃ finita ut ipſe:iſte. Sunt præpoſitiua ut
quis:hic.Sunt ſubiectiua ut is:idem.Sunt alia gentis ut cu
ias:noſtras:cuiatis:noſtratis:.Alia ordinis ut quotus:totus
Alia numeri ut quot:tot·Alia ad aliquid dicta ĩfinita quæ
nec perſonam nec locum nec tempus deſignãt:ut cuius: cu
ia:cuium.Alia ad aliquid dicta finita:ut meus:tuus : ſuus:
hæc etiam poſſeſſiua dicuntur. Sunt item alia qualitatis:
ut qualis talis:Alia quantitatis.ut quantus : tantus. Sunt
alia demonſtratiua:quæ rem præſentem notant:ut hic hæc
hoc.Alia relatiua quæ rem abſentem ſignificant:ut is:ea:id
Sunt alia magis demonſtratiua.ut eccum:eccam:ellum.

Genera pronominibus ita:ut nominibus accidũt pene omĩa:
Maſculinum ut quis:Fœminimum ut quæ : Neutrum ut
quod:Commune ut qualis:talis:.Trium generum ut ego:
tu:ſui.

Numerus accidit pronominibus uterq;. Sĩgularis ut iſte.Plu
ralis ut iſti.Sunt etiam numero communia:ut qui:quæ.di
cimus enim qui uir:& qui uiri.quæ mulier et quæ mulieres
Sunt pronomina tota ſingularia ut meus:tuus:ſuus.Sunt
tota pluralia:ut noſtri:ueſtri.Ex parte ſĩgularia:ut mei:tui
ex parte pluralia:ut noſter:ueſter.

Figura etiam in pronominibus duplex eſt. Aut enim ſimpli-
cia ſunt pronomina ut quis. Aut compoſita ut quiſquis:
Nam compoſita pronomina ſecundum formam nominũ
ex ea parte declinantur.qua pronomen fuerit caſus nomi-
natiui cuius rei exempla ſunt hæc:quiſquis:quiſnam:quiſ
piam:aliquis:& cætera.Nam idem quod cõſtat ex duobus
corruptis:cum producitur maſculinum pronomen eſt.cũ
corripitur neutrũ hic correptũ prononem eſt:hic produc-
tum aduerbium loci.

Perſonæ finitis pronominibus accidunt tres:Prima ut ego.
Secunda ut tu. Tertia ut ille. Sed prima perſona & ſe-
cunda generis ſunt õnis & perſona prima in hoc pronomĩe

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

cum eſt numeri ſingularis non habet uocatiuum caſum: pluralis uero habet.

Caſus item pronominum ſex ſunt quemadmodum nominum . Nominatiuus ut hic : genitiuus ut huius: datiuus ut huic : accuſatiuus ut hunc:uocatiuus ut.o.ablatiuus ut ab hoc . Sunt pronomina:quæ non per omnes caſus declinantur:ut eccum eccam.ellum : cuius:cuia:cuium. cuiatis: noſtratis.Sunt etiam alia ſine nominatiuo & uocatiuo ut ſui ſibi ſe a ſe . hæc etiam numeri ſunt communis.Sunt item ſine uocatiuo ut ego : mei:uel mis : mihi : me:a me. Nullum autem pronomen recipit comparationem quãuis qualitatem aut quantitatem ſignificet.

Inter pronomina & articulos hoc intereſt quod pronomina ea putantur:quæ cum ſola ſint uicem nominis complent: ut quis:ille:iſte.Articuli uero cum pronominibus.aut nominibus aut participiis adiunguntur ut hic : huius: huic: hunc . O . ab hoc. & pluraliter hi : horum : his:hos:O.ab his.Hæc eadem pronomina et pro articulis et pro demonſtratione ponuntur: neuter: uter:unus:omnis: alter:alius: ullus:ambo:uterq;.Sunt qui nomina: ſunt qui pronomina exiſtimant.Ideo quod Articulis in declinatione non indigent.

DE VERBO.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu:aut agere aliquid aut pati:aut neutrum ſignificans. Verbo accidunt ſeptem: Qualitas: Coniugatio: Genus:Numerus:Figura: Tempus:Perſona Qualitas uerborum in modis & formis eſt.Modi autem ſunt : ut multi exiſtimãt:ſeptem.Indicatiuus qui & pronunciatiuus dicitur:ut lego. Imperatiuus ut lege. Promiſſiuus:ut legã.ſed nos hunc modum non accipimus . Optatiuus.ut utinam legerem.Subiunctiuus:ut cum legam. Infinitiuus ut legere.Imperſonalis ut legitur.Sed hunc modum quidam pro genere ac ſignificatione uerbi accipiunt . cuius uerba aut in tur:exeunt : aut in it:aut in et. Sed quæ in tur:& in it: exeunt hæc ab indicatiuo oriuntur : ut lego legitur.contingo : contingit . quæ autem in . et.exeunt duas formas habent.Alia enim ab indicatiuo ueniunt:ut miſereor miſeret. Alia a ſe oriuntur:ut pudet:tedet:pœnitet:libet: quãuis ueteres dixerint pudeo: pœniteo:& tedeo . Qualitas uerborũ etiam in formis eſt conſtituta quas formas allii uerborum generibus ideſt ſignificationibus admiſcent.

Formæ igitur quattuor ſunt: perfecta : meditatiua : Incohatiua : frequentatiua . Nam & in his græca lingua deficit. Perfecta: ut lego . Neditatiua : ut lecturio . Frequentatiua ut lectito. Incohatiua nt feruesco caleſco . Sed frequentatiua uerba ſemper primæ coniugationis ſunt . Incohatiua non per omnia tempora declinantur : quia quæ incohantur præteritum tempus non habent & oriuntur a neutralibus uerbis . Sunt etiam frequentatiua de nomine uenientia : ut patrizat : græcizat . Sunt quaſi diminutiua quæ a perfecta forma ueniunt:ut ſorbillo : ſugillo . Sunt ſine origine perfectæ formæ:ut pitiſſo:uacillo.& frequentatiua ſæpe in tres gradus deducunt uerbum:ut curro:curſo: curſito.Sæpe in duos tantum:ut uolo uolito . Sunt uerba incohatiuis ſimilia:quæ incohatiua non eſſe tempoꝝ cõſideratione dignoſcimus.ut compeſco:compeſcui . Sũt item alia ĩcohatiua quæ a perfecta forma ueniunt ut horreo:horreſco.Sunt quæ originem ſui non habent ut cõſueſco: qeſco.

Coniugationes uerbis accidunt tres: Prima:Secunda : Tertia. Prima eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali.a.ꝓductam habet ante nouiſſimam litteram.paſſiuo communi & deponẽti ãte nouiſſimã ſyllabam:ut uoco:uocas:uocor:uocaris.& futurum tempus eiuſdam modi in bo:& in bor:ſyllabam mittit:ut uoco:uocabo:uocor:uocabor. Secunda eſt quæ ĩdicatiuo modo tẽpoꝛ præſẽti numero ſĩgulari ſecũda ꝑſõa uerbo actiuo & neutrali.e.ꝓductã hẽt ãte nouiſſimã litteram paſſiuo communi & deponenti ante nouiſſimam ſyllabã ut moneo:mões:moneor:moneris.& futurũ tẽpus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eiuſdem modi ĩ bo:& ĩ bor:ſyllabã mittit:ut moneo.mone
bo.moneor monebor. Tertia eſt quæ indicatiuo modo tem
pore præſenti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo ac-
tiuo & neutrali.i. litteram interdum correptam interdum
productam habet ante nouiſſimam litteram paſſiuo com
muni & deponenti.e.correptam uel i.productam habet an
te nouiſſimam ſyllabã:ut lego legis & legor legeris:audio
audis & audior audiris:& futurum tempus eiuſdem modi
in am:& ĩ ar:ſyllabam mittit ut lego:legam.legor:legar.au
dio:audiam.audior:audiar. Eſt altera ſpeties tertiæ cõiuga
tionis:quæ.i. producta enuntiatur:hanc non nulli quartã
eſſe coniugationem putant:quod futurum tempus eiuſdẽ
modi ĩ am:& in ar:in bo:& in bor:ſyllabã mittit: ut ſeruio
ſeruis ſeruiam ſeruibo.uincio uincis uinciam uincibo.uinci
or uinciris uinciar uincibor.quod quidam refutantes negãt
in bo:& in bor:rite exire poſſe tertiam cõiugationem: niſi ĩ
eo uerbo:quod in prima perſona indicatiui modi temporis
præſẽtis numeri ſingularis.e.ante o.habuerit ut eo : queo:
eam:queam:ibo:quibo:& paſſiuo queor:quear:quibor: &
ſi qua ſunt ſimilia.

Genèra uerborum:quæ ab aliis ſignificationes dicuntur:ſunt
quinq;.Actiua.Paſſiua.Neutra.Cõmunia.Deponẽtia.Ac-
tiua ſunt quæ.o.littera terminantur & accepta.r.littera faci
unt ex ſe paſſiua:ut lego legor. Paſſiua ſunt quæ.r.littera
terminantur:& ea amiſſa redeunt in actiua:ut legor: lego.
Neutra ſunt quæ.o.littera terminantur.& accepta.r.littera
latina non ſunt ut ſto:curro.Sunt etiam neutra quæ.i.litte
ra terminantur.ut odi.noui:cœpi:memini.Sunt item quæ
in.um.ſyllabam deſinunt:ut ſum:proſum:obſum. Sunt
item quæ in.t.litteram exeunt:& impſonalia dicunt̃.ut pu
det.tedet.pœnitet.libet.oportet.Sed hæc & ſimilia defecti-
ua ex iſtimãda ſũt.Sũt præterea neutro paſſiua ut gaudeo
gauiſus ſum.ſoleo ſolitus ſum:audeo auſus ſũ.fio factus
ſum.fido fiſus ſũ.Deponẽtia ſunt quæ.r.littera terminãt̃:
& ea amiſſa latina non ſunt : ut conuitior : colluctor.

Cõmunia ſunt quæ.r. littera terminant̃ & ĩ duas formas ca
dunt:patientis & agentis:ut ſcrutor criminor: dicimus enĩ
ſcrutor te & ſcrutor ate:criminor te & criminor ate.Sũt uer
ba extra hanc regulam: quæ in æqualia dicuntur:ut ſoleo:
facio:fio:fido:audeo:gaudeo:ueſcor:fero:medeor:edo:pã-
do:mando:nolo:uolo:malo:eo.Sunt quæ declinari rite nõ
poſſũt ut cedo:aue:ſalue:faxo:faxis.infit.inq̃.quæſo.aio.
Sunt item monoſyllaba quæ etiã extra regulã ſola ſunt pro
ducta:ut ſto.do.flo.no.Sunt uerba incertæ ſignificationis
ut tondeo:labo:fabrico:punio:munio:patior:munero: po
pulor:aſſẽtior: adulor : luctor:auguror:hæc enim õnia uer
ba & in.o.ũ in.r.litteras finiuntur:& his uerbis tẽpora par-
ticipiorum accidunt pene omnia. Sunt item uerba quæ cõpo
nere poſſumus:ut pono:traho:repono:retraho. Sunt quæ
non poſſunt.ut aio:quæſo.

Numeri uerbis accidunt duo:ſingularis & pluralis. Singula-
ris ut lego.pluralis ut legimus. Itẽ.ſecũdũ quoſdam dualis
ut legere:

Figuræ uerborum duæ ſũt:aut.n.ſimplicia ſũt uerba ut ſcribo:
aut cõpoſita ut deſcribo.Cõponũt̃ etiã uerba quattuor mo
dis:ſicut & cæteræ partes orationis:ex duobus corruptis:ut
officio.ex duobus integris:ut obduco: excorrupto & ĩtegro
ut aligo.exintegro & corrupto:ut de fringo.Sunt uerba cõ
poſita quæ ſimplicia fieri poſſũt:ut repono:diſtraho.Sũt
quæ non poſſunt:ut ſuſpitio compleo.

Tẽpora uerbis accidũt tria:præſẽs.præteritũ:& futurũ. Præ-
ſens ut lego.præteritũ ut legi.futurũ ut legam.Præteriti tẽ-
poris differẽtiæ ſunt tres:impfecta:pfecta:pluſq̃pfecta.Im
pfecta ut legebã. pfecta ut legi.pluſquãpfecta ut legerã. Er
go ĩ declinatiõe uerborum quinq; tẽpora numeramus:præſẽs:
præteritũ ĩpfectũ.præteritũ pfectũ.præteritũpluſquãpfec-
tum & futurum.

Perſõæ uerbis accidũt tres:prĩa:ſecũda:tertia.Prima ẽ quæ di
cit ut lego.Secũda cui dr̃.ut legis. Tertia de q̃ dr̃ ut legit ſed
prima pſona non indiget caſu ſe admittit plerũq; ntĩ:ut

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

uerberor ĩnocens.liber ſeruio.Secunda perſona trahit caſũ
uoctĩṁ ut uerberaris innocens:ſeruis liber. Tertia trahit no
minatiuum:ut uerberatur innocens:& ſeruit liber. Quine⁄
tiam uerba imperſonalia quæ in.tur.exeunt caſui ſeruiunt
datiuo & ablatiuo:ut geritur a me:a te:ab illo:dicitur mihi
tibi:illi.Quæ uero in.it·exeunt caſui ſeruiunt datiuo:ut cõ
tigit mihi:tibi:illi.Quæ uero in et.exeunt:ea modo datiuo
modo accuſatiuo caſui ſeruiunt:datiuo ut libet mihi : tibi:
illi.Accuſatiuo:ut decet me:te:illum.Sunt uerba præterea:
quorum alia genitiui caſus formulam ſeruant: ut miſerior
mei·tui:ſui.Alia datiui ut maledico tibi:ſuadeo illi. Alia ac
cuſatiui ut accuſo illum.Inuoco illum . Alia ablatiui ut diſ
cedo ab illo.auertor ab illo·Alia ſeptimi caſus ut fruor agro
potior auro.Omnia uerba modi indicatiui temporis præſẽ
tis numeri ſingularis primæ perſonæ aut.e.aut.i.aut.u.an
te.o.habent.Si autẽ uocalẽ ante.o.litterã non habuerint ex
ceptis.f.&.k.&.q.cæteras omnes latinas conſonantes reci⁄
piunt.e.ut ſedeo i.ut latino.u.ut ruo.b.ut bibo.c.ut uoco
:d.ut uado.g.ut ago.h.ut traho.l. ut impello . m.ut amo
.n.ut cano.p.ut ſcalpo.r.ut curro, s.ut laſſo.t. ut peto:x.
ut texo.his accidunt.i &.u.pro conſonantibus ut aio: adiu
uo.Nam triumpho p p & h ſcribitur.k.o.litteræ non præ
ponitur. Item.q.ſine.u.præferri.o.littere non poteſt.
Sunt uerba defectiua alia per modos ut cedo . Alia p formas
ut faceſſo : Alia p cõiugatiões ut adſum : Alia p genera ut
gaudeo:Alia p numeros ut faxo:Alia p figuras ut impleo:
Alia p tempora ut fero:Alia p perſonas ut cedo:faceſſo:ad⁄
ſum:ſoleo:faxo:impleo : fero:edo . Verba quoq; imperſo
nalia cum p omnes modos declinari poſſint : inueniuntur
quædam defectiua:ut liquet miſeret.

DE ADVERBIIS.

Duerbium eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſigni
ficationem eius:aut complet:aut mutat:aut minuit:
ut iam faciam : uel non faciam . parum faciam . Aduer
bia aut a ſe naſcuntur ut heri : hodie : nuper : aut ab
aliis partibus orationis ueniũt:ueniũt autem a nomine ap⁄
pellatiuo ut doctus docte. A proprio ut Tullius Tulliane.
A uocabulo ut hoſtium hoſtiatim.A pronomine ut meatĩ:
tuatim.A uerbo ut curſim:ſtrictim.A nomine et uerbo:ut
pedetentim.A participio ut indulgens indulgẽter . A nomi
ne uenientia aut in.a.exeunt:ut una. Aut in.e.productum
ut docte. Aut in.e.correptam ut rite . Aut in.i.ut ueſperi.
Aut in.o.productam ut falſo.Aut in.o.correptam:ut mõ.
Aut in.u.ut noctu.Aut in.l.ut ſemel.Aut in.m.ut ut pau⁄
latim.Aut in.r.ut breuiter.Aut in.s.ut funditus.Aduerbia
quæ in.e.exeunt produci debent:præter illa quæ aut nõ cõ⁄
parantur:ut rite.Aut comparationis regulam non ſeruant:
ut bene male:faciunt enim bene melius optime.male peius
peſſime.Aut ea quæ a nomine uerboue non ueniunt:ut im
pune ſæpe.cæterum facile & difficile:quæ aduerbia ponun
tur nomina potius dicenda ſunt eſſe pro aduerbiis poſita:
ut eſt toruũ clamat.horrẽdum reſonat.Ergo aduerbia quæ
in.e.productam exeunt ab eo nomine ueniunt:quod dati⁄
uo caſu ſingulari.o.littera ierminatur:ut huic docto docte:
& huic ſedulo ſedule.Quæ in.r.litteram exeũt ab eo nomi⁄
ne ueniunt.quod datiuo caſu ſingulari. i. littera termina⁄
tur.ut huic agili agiliter.Contra hanc regulam multa ſæpi
us uſurpauit auctoritas.Nam quædam ut diximus & in da
tiuo caſu ĩ.o.permanẽt:& aduerbium faciũt ut falſo ſedu⁄
lo.quædam contra faciunt:ut huic duro non dure:ſed duri
riter.Aduerbio accidunt tria . Significatio : Comparatio:
Figura.
Significatio aduerbiorum in hoc ſecernitur qa ſunt aduerbia
loci ut hic ubi ibi.Tẽporis:ut hodie nup.Numeri:ut ſemel
bis.Negãdi:ut nõ nihil.Affirmandi:ut etiã quidni. Demõ
ſtrandi:ut en ecce.Optandi:ut utinã.Hortandi:ut eia.Or⁄
dinis:ut deĩde.Interogãdi:ut cur q̃re quãobrẽ.Similitudĩs
ut quaſi ceu.Qualitatis:ut docte pulchre . Qunatitatis:ut
multum parum.Dubitandi ut forſan fortaſſe · Perſona
lia. ut mecum : tecum : ſecum : nobiſcum uobiſcum.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Vocandi:ut heus. Reſpondendi:ut heu. Separandi:ut ſeor
ſum. Iurandi:ut ædepol caſtor hercle mediusfidius: Eligen
di:ut potius immo. Congregandi:ut ſimul una pariter. Pro
hibendi. ut ne. Euentus ut forte fortuitu. Cõparandi ut ma
gis & tam. Sunt etiã aduerbia infinita:ut ubi quando : ſũt
finita ut hic modo. Aduerbia loci duas ſpecies habẽt: ĩ loco
& ad locum ſignificantes: In loco ut intus foris. Ad locũ:ut
ĩtro foras. Dicimus enim ĩtus ſũ. foris ſũ:intro eo foras eo.
Adiiciunt qdã de loco:quod ſic dicit̃ quaſi in loco. ut intus
exeo foris uenio. Adiiciunt qdam etiã per locũ ut hac illac.
heus & heu ĩteriectiones multi nõ aduerbia putauerũt ideo
quia non ſemp̃ ſubſequntur uerbum.
Comparatio accidit aduerbio quia huic quoq; comparationis
gradus ſunt tres poſitiuus:cõparatiuus:ſuperlatiuus: Poſi-
tiuus:ut docte. Comparatiuus ut doctius. Superlatiuus ut
doctiſſime: & quoniã aduerbia quoq; ſũt quæ per õnes gra
dus ire non poſſunt. Ideo his adiungendã ſignificationem
pro comparatiuo & ſuperlatiuo magis & maxime coniungi
mus. adminuendã minus & minime: quẽadmodum enim
comparantur Ita & minuuntur aduerbia a poſitiuo:ut pri
mum primule. longe lõgule. A comparatiuo ut melius me-
liuſcule. longius longiuſcule. A ſuperlatiuo autẽ gradu uel
nulla exempla uel p̃ rara ſunt.
Figure aduerbiorum duæ ſunt:aut enim ſimplicia ſũt aduer-
bia:ut docte prudenter:aut compoſita ut indocte imprudẽ
ter. Componunt̃ etiam aduerbia modis quattuor:ſunt aũt
mnltæ dictiones dubiæ ĩter aduerbiũ & nomẽ ut falſo : ĩter
aduerbiũ & pronomẽ:ut quõ. Inter aduerbium & uerbũ ut
pone: Inter aduerbiũ & p̃ticipiũ ut profecto: Inter aduerbi-
um & coniunctionem ut quando: Inter aduerbium & præ
poſitionem:ut propter: Inter aduerbium & interiectionem
ut heu . Horum quædam accentu diſcernimus . quædam
ſenſu . Sunt item aduerbia loci:quæ imprudentes putant
nomina in loco : ut Romæ ſum. de loco ut Roma uenio
ad locũ ut Romã pergo. His præpoſitio nõ ãteponit̃:quæ

p̃uinciis:locis: regionibus ue adiici ſolet ideo:quia de ſigni
ficatione nominis non recedunt:ut de aphrica uenio:ad ſili
ciam pergo:in italia ſum . Præpoſitio ſeparatim aduerbiis
non applicabitur:q̃uis legerimus deſurſum de ſubito dere
pente & exinde & abuſq; & dehinc. ſed hæc tanq̃ unam par
tem orationis ſub uno accentu pronunciabimus.

DE PARTICIPIO.

Articipium eſt pars orationis dicta eo quod partem ca
piat nominis partemq; uerbi: recipit enim a nomine ge
nera & caſus. A uerbo tempora & ſignificationes:ab utroq;
numerum & figuram . Participio accidunt ſex genus:caſus
tempus:ſignificatio:numerus & figura.
Genera participiis accidunt quattuor. Naſculinum ut lectus.
Fœmininum ut lecta. Neutrum ut lectum . Comune ut le
gens. Nam omnia participia præſẽtis temporis generis ſũt
communis
Caſus totidem ſunt participiorum quot & nominum nam p̃
omnes caſus etiam participia declinantur.
Tempora p̃ticipiis accidunt tria:præſens præieritum & futu
rum. ut luctans:luctatus:luctaturus.
Significationes participiorũ a generibus uerborum ſumunt̃.
ueniunt enim participia a uerbo actiuo duo:præſẽtis tẽpo
ris:et futuri:ut legens & lecturus. A paſſiuo duo præteriti tẽ
poris & futuri:ut lectus & legẽdus. A neutro duo ſicut ab ac
tiuo præſentis temporis & futuri ut ſtans & ſtaturus . A de
ponenti tria : præſentis præteriti & futuri:ut luctans lucta
tus & luctaturus. A cõmuni quattuor præſens præteritũ:&
duo futura:ut criminans criminatus criminaturus & crimi
nãdus. Inchoatiua participia præſẽtis tẽporis ſunt tantum:
ut horreſcens tepeſcẽs caleſcens. Dfectiua interdũ alicuius
temporis ſunt ut ſoleo ſolens ſolitus. Interdũ nullius ut ab
eo quod eſt memini nullũ participiũ reperit̃. Interdũ A nõ
defectiuo uerbo participia defectiua ſunt:ut ab eo quod eſt
ſtudeo ſtudens:et futurum tempus non habet in uſu . Ab
ĩperſonali uerbo p̃ticipia niſi uſurpata fuerũt nõ ueniunt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Numerus participiis accidit uterq; ſingularis & pluralis. Sĩ
gularis: ut hic legens. Pluralis: hi legentes.
Figura item participiorum duplex eſt. Aut enim ſimplicia
ſunt participia: ut ſcribens. Aut compoſita: ut deſcribens.
Componuntur etiam participia modis quattuor. Sunt no/
mina ſpeciem participiorum habentia: ut tunicatus: galea/
tus: quæ quia a uerbo non ueniunt non ſunt participia ap/
pelanda. Exquibus ſunt etiam illa quæ cum participia uide
antur: uerborum tamen ſignificatione priuata ſunt: ut prã/
ſus: cœnatus: placita: nupta: triũphata: regnata. Nam pran
deor. cœnar: placeor: nubor: triumphor: regnor: non dicit᷑.
Sũt etiam alia participia: quæ accepta præpoſitiõe & a uer
bis: & a pticipiis recedunt ut nocens innocens. Nã noceo dr̃
innoceo non dicitur. Sunt ueluti participia quæ a uerbo ue
niunt & quia tempus non habent nomina magis q̃ partici
pia iudicantur: ut furibundus: moribundus:: ludibundus.
Sunt multa participia cadem & nomina: ut paſſus uiſus cul
tus: ſapiens indulgens: quæ tamen & caſibus diſcrepant &
temporibus dinoſcuntur & comparata mutãtur. Sũt alia
participia defectiua quæ per omnia tempora ire nõ poſſũt
quæ a uerbo ueniunt ut eſt ceptus urgendus. Sunt partici
pia quæ accepta comparatione fiũt nomina ut acceptus ac
ceptior incenſus incenſior: Aduerbia de participiis fieri poſ
ſe non nulli negant: ſed hos plurimæ lectionis reuincit auc
toritas.

DE CONIVNCTIONE.

Ooiunctiuo é pars orationis adnectés ordinãſq; ſen
tétiam. Cõiunctioni accidunt tria: poteſtas figura &
ordo.
Poteſtas coniunctionum in quinq; ſpecies diuiduntur. Sunt
enim copulatiuæ: diſiunctiuæ: expletiuæ: cauſales: rationa
les: copulatiuæ hæ ſunt &: que: at: atq;: ac: aſt. Diſiũctiuæ
ſunt aut: ue: uel: ne: nec: an: neq;. Expletiuæ ſunt: qdé: equi
dem: ſaltem. uidelicet: quanq̃: q̃uis: quoq;: enim: auté: por
ro: licet tamen. Cauſales ſi: tam etſi: etſi: ſiquid: quando:
quando quidẽ: quin: quinetiã: qnatenus: ſin: ſeu: ſiue: neu:
nam: namq;: ni: niſi: enim: & enim: ne: ſed interea: quamob
rem: præſertim: item: itemq;: cæterum: alioquin: præterea.
Rationales ita: itaq;: enim. enĩuero. quia. q̃re. quapropter.
quoniam. quãdoquidem. quippe. ergo. ideo. igitur. ſcilicet.
propterea: iccirco. Figuræ coniunctionum duæ ſunt ſiplex
ut nam. Compoſita ut nanq;. Ordo coniunctionum in hoc
eſt quia aut præpoſitiuæ ſunt coniunctiones: ut. at. aſt. aut
ſubiunctiuæ. ut que auté. aut communes ut ergo. igitur.
Sunt etiam dictiones quas incertum eſt. utrum cõiunctio
nes an præpoſitiones. an aduerbia nominemus niſi ſenten
tiam conſiderauerimus incerta ſunt. quæ tamen omnes ſen
ſu facile diſcernuntur. Nam & cõiunctiones pro aliis cõiũc
tionibus poſitæ inueniuntur poteſtate mutata.

DE PRAEPOSITIONE.

Ræpoſitio eſt pars orationis quæ præpoſita aliis par/
tibus orationis ſignificationé earum: aut mutat. aut
complet: aut minuit. Nam aut nomini præponitur ut ĩ ua/
lidus. aut pronomini præponitur ut p me uel ſupponitur
ut mecum: tecum. ſecum: nobiſcũ: uobiſcũ: aut uerbũ præ/
cedit ut perfero: aut aduerbium: ut expreſſe: aut participiũ
ut præcedens: aut coniunctionem ut abſq; aut ſemet ipſam
ut circũcirca. Præpoſitiones aut caſibns ſeruiunt: aut loque
lis: aut æque caſibus & loquelis: hæ aut coniunguntur: aut
ſeparantur: aut & coniunguntur & ſeparantur. Quæ loque
lis ſeruiunt coniunguntur ut di: dis: re: ſe: an: con: dicimus
enim diduco: diſtraho: recipio: ſecubo: amplector: congredi
or. Separantur ut apud: penes. Coniunguntur & ſeparant᷑
cæteræ omnes exquibus in. &. con. præpoſitiões: ſi ita com/
poſitæ fuerint. ut eas ſtatim. s. uel. f. litteræ conſequantur:
plerũq; producuntur ut ĩſula. ĩfuſa: cõſilium: cõfeſſio: Præ
poſitioni accidit: caſus tantum caſus nãq; in præpoſitioni/
bus duo ſunt accuſatiuus & ablatiuus. aliæ enim præpoſiti/
ones accuſatiuo caſui ſeruiunt. aliæ ablatiuo: aliæ utriq; ca
ſui. Accuſatiui caſus præpoſitiones ſũt hæ: ad: apud: ante:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aduerſum:cis:citer:circum:circa:contra:erga : extra:inter:ĩ
tra:infra:iuxta:ob:pone:per:prope:ſecundum:poſt: trans
ultra:præter:propter:ſupra:circiter:uſq;:ſecus:penes. Dici
mus enim ad patré:apud uillam:ãte ædes:aduerſum inimi
cos:cis renum:citra forũ:circum uicinos:circa templum:cõ
tra hoſtem:erga propinquos:extra terminos: inter naues:ĩ
tra mœnia:infra tectum:iuxta macellum:ob augurium:po
ne tribunal:per parietem:prope feneſtram:propter diſcipli
nam:ſecundum fores:poſt tergum:trans ripam.ultra fines
præter officium:ſupra cælum:circiter ãnos:uſq; oceanum:
ſecus uos:penes arbitros.Ex his.ad.& apud: cũ unius caſus
ſint diuerſo modo ponuntur.dicimus enim ad amicum ua
do:apud amicum ſum.Nam neq; apud amicũ uado recte
dicitur:neq; ad amicum ſum.Vſq; præpoſitio plurimis nõ
uidetur:quia ſine aliqua præpoſitione proferri recte nõ po-
teſt:unde adiungitur utriq; caſui pro qualitate præpoſitio-
nis eius cui fuerit copulata ut uſq; ad & uſq; ab : Ablatiui
caſus præpoſitiones ſũt hæ:a:ab: abs:cum:corã:clam:de:e
ex:pro:præ:palam:ſine:abſq;: tenus . Dicimus enim a do
mo:ab homine:abſq; quolibet:cum exercitu:corã teſtibus
clam cuſtodibus:de foro:e iure:ex præfectura : procliẽtibus
præ timore:palam õnibus:ſine labore : abſq; iniuria:tenus
pube.Sed hæc præpoſitio propter euſoniam ſubicitur:& fa
cit pubetenus:clam præpoſitio caſibus ſeruit ãbobus.Vtri-
uſq; caſus præpoſitiones ſunt hæ.In:ſub: ſuper:& ſubter:
quarum.in.& ſub.tunc præpoſitiones accuſatiui caſus ſũt
cum aduerſum:uel ante:ſignificant:ut ibant in Eurialum
& ſub ipſum arcturum: ꝓ ante. Tunc ablatiui caſus cum
uim recte retinerit:nec ꝓ accuſatiuis præpoſitionibus ponũ
tur.Item accuſatiui caſus ſunt cum ad locum uel nos uel
quoſlibet ire: iiſſe : ituros eſſe ſignificamus:cuius rei exẽpla
ſunt hæc.In accuſatiui caſus ut itur in antiquam ſiluam.
In ablatiui caſus ut ſtans celſa in puppi.Sub accuſatiui ca-
ſus:ut poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus. Sub ablati-
ui caſus ut arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Sup

uero & ſubter cum accuſatiuo caſui naturaliter præponant
& ablatiuo tamen plerũq; iungũtur:ut gemina ſuper arbo-
re ſidũt & ferre iuuat ſubter denſa teſtudine caſus.Quanq̃
multi ſunt:qui non putant ambiguas eſſe præpoſitiones ni
ſi duas.in.& ſub.Cæterum ſuper & ſubter cũ locum ſigni-
ficant figurate ablatiuo iunguntur.extra quã formam ſup
præpoſitio cum.de. ſignificat:hoc ẽ mentionem de aliquo
fieri ablatiui caſus eſt tantum:ut multa ſuper Priamo rogi-
tans ſuper Hectore multa hoc eſt de priamo & de hectore.
Separatæ præpoſitiones acuuntur coniunctæ uero caſibus
aut loquelis:uim ſuam ſæpe commutant: & geaues fiunt.
Præpoſitiones aut uerba ipſa cum componuntur corrum-
punt:ut conficio:aut ipſe corrumpuntur ut affero : aut &
corrumpunt & corrumpuntur:ut ſuſcipio.Antiqui præpo
ſitiones etiam genitiuo caſui iungebant. ut crurum tenus.
Itẽ:poſt:& ante: & circum:utriq; caſui iunctas inuenimus.
Sed ſcire nos conuenit præpoſitiones uim ſuam tũc retinẽ
cum præponuntur.ſuppoſitas uero & ſignificationem ſuã
& uim nominis & legem propriam non habere.& aduerbia
faciunt ſi quando illas nõ ſubſequitur caſus.Separatæ præ
poſitiones ſeparatis præpoſitionibus non cohærent. Sunt
qui putant accidere præpoſitioni & figuram & ordinem.
Figuram quia ſunt præpoſitiones ſimplices ut abs . compo
ſite ut abſq;:Ordinem quia ſunt præpoſitiones præpoſiti
uæ:ut ſine. Sũt ſubiunctiuæ ut tenus.Sed hæc nos & ſimi
lia in his adnumerauimus:quæ inæqualia nominantur.

DE INTERIECTIONE.

Nteriectio eſt pars orationis interiecta aliis partibus
orationis ad exprimendos animi affectus. aut metuẽ
tes:ut enim:at:at.Aut optantis ut.o.Aut dolentis:ut heu.
Aut admirantis ut pape.Aut lætantis:ut euax.Sed hæc græ
ci aduerbiis applicant.quod ideo latini non faciunt : quia
huiuſcemodi uoces non ſtatim ſubſequitur uerbum. Licet
autem pro interiectione etiam alias partes orationis ſingu
las plures ue ſupponere:ut ne fas pro nefas. Accentus in

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

interiectionibus certi eſſe non poſſunt: ut fere in aliis uoci-
bus: quas inconditas inuenimus.

DONATVS DE BARBARISMO .

b Arbariſmus ẽ una pars orationis uitioſa ĩ cõ-
muni ſermõe. In poemate uero Metaplaſmus
Item Barbariſmus in noſtra loquela: in pegría
Barbaralexis dicitur: ut ſi quis dicat Maſtruca.
Cateia. Magalia. Acinacis. Barbariſmus autem fit duobus
modis: ſcripto & pronũtiatiõe. His biptitis quattuor ſpeti
es ſupponunť: Additio Detractio Immutatio: Tranſmuta
tio: Lytteræ: Syllabæ: Tẽporis: Toni: Haſpirationis. Per
Additionem lytteræ fiunt. Barbariſmi: ut relliquias danaũ:
cum reliquias per unum. l. diceř debeamus. Syllabæ: ut nos
abiiſſe rati: pro abiſſe. Temporis: ut Italiam fato: cum
Italiam correpta prima ſyllaba dicere: debeamus. Per detrac
tionem litteræ: ut Infantibu paruis pro ĩfantibus. Syllabæ:
ut ſalmentum pro ſalſamentum. Teperis ut unius obnoxã
correpte pro unius producte. Per ĩmutationem litteræ: ut
olli pro illi. Syllabæ: ut pernuces pro pernices. Tempis:
ut feruere leucaten: cum feruere ſit ſecundæ coniugationis:
& producte dici debeat. Per trãſmutationem litteræ: ut euã
dre pro euãder. Syllabæ: ut diſplicina pro diſciplina. Tẽpo-
ris ut ſiquis deos producta priori ſyllaba & correpta poſteri
ori pronuntiet: Toni quoq; ſimiliter per has quattuor ſpe-
cies commutantur: Nam & ipſi additiuntur: dietrahantur:
mutantur & tranſmutantur. Quorum exempla ultro ſe of
ferunt: ſi quis inquirat. Totidem etiam modis per haſpira-
tionem depræhenditur Barbariſmus: quem quidem ſcrip
to: quidam pronuntiatione iudicant a ſcribendum: prop-
ter H. ſcilicet: quam alii litteram. Alii haſpirationis notam
deputant. Fiũt autem Barbariſmi per hyatus & colliſiões.
Sunt etiam malæ compoſitiões Cacoſyntheton: quæ uitia
nonnulli barbariſmum eſſe putant. In quibus ſũt Metha-
ciſmi. Labdaſciſmi. Iotaciſmi. Hyatus. Colliſiones & omĩa

quæ plus æquo minuſue ſonantia ab eruditis auribus reſ
puuntur. Nos cauenda hæc omnia uitia prælocuti contro
uerſiam de nomine pertinacibus relĩquamus.

ſ Oloeciſmus eſt uitium in contextu partium ora-
tionis contra regulam artis grammaticæ factum.
Inter Soloeciſmum & Barbariſmum hoc ĩtereſt:
quod Soloeciſmus diſcrepantes aut in conſequentes inter
ſe dictiones habet. Barbariſmus autem in ſingulis uerbis fit
uel ſcriptis uel pronũtiatis. Quanquã multi errant qui pu-
tant etiam in una parte orationis fieri ſoloeciſmum: ſi aut
demonſtrantes uirum hanc: aut fœminam hunc dicamus:
Aut interroganti quo pergamus: reſpõdeamus Romæ: Aut
unum ſalutantes ſaluete dicamus: cum utique præcedens
demonſtratio uel interrogatio: uel ſalutatio uim contextæ
orationis obtineat. Multi etiam dubitauerunt Quadriga.
Scopa. Soloeciſmus an barbariſmus eſſet: cum ſcilicet id ge
nus dictionis barbariſmum eſſet: uel ex ipſius uitii finitiõis
poſſit agnoſci facile. Soloeciſmus fit duobus modis: aut ꝑ
partes orationis: aut per accidentia partium orationis. Per
partes orationis fiunt cum una pars pro alia ponitř: ut Tor-
uum que repente clamat pro torue: nomẽ pro aduerbio po
nitur. Fit etiam in eadem parte orationis hoc uitium: cum
ipſa pro ſe: non in ſuo loco: neque ut conuenit ponitur: ut
Cui tantum de te licuit. pro in te. Et eo apud amicum: pro
ad amicum & Intro ſum pro ĩtus. & Foris eo pro foras. Per
Accidentia partium orationis fiunt tot modis ſoloeciſmi
quot ſunt accidentia partium orationis. Sed in his propter
compendium exempli cauſa pauca monſtrabimus. Nam ꝑ
qualitates nominum fiunt ſoloeciſmi: ut hauriat hunc ocu
lis ignem crudelis ab alto Dardanus: pro dardanius propri
um pro appellatiuo poſuit. Per genera: ut ualidi ſilices: pro
ualidæ: & amaræ cortices pro amari: & collus collaria caret.
Per numeros: ut pars in fruſta ſecant: pro ſecat. Per compa-
rationẽ: ut reſpondit Iuno ſaturnia ſancta deaꝝ: ꝓſãctiſſĩa

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Per caſus: ut urbem quã ſtatuo ueſtra eſt: pro urbs. Per modos uerborum: ut Itis paratis arma quãprimũ uiri: pro ite pate arma: Indicatiuũ pro ĩpatiuo poſuit. Per ſignificatiões uerborum: ut Expoliãt eos & corpora nuda relĩqunt. pro expoliãt Per tẽpora: ut cecidit que ſupbũ ilium & õnis humo fumat neptunia troia: pro fumauit. Per pſõas: ut danai qui parẽt atridis quãprimũ arma ſumite: pro q paretis. Per aduerbia: ut ĩtus eo pro ĩ tro. & italia uenio pro de italia: & ad romam uado pro romã: cũ præpoſitio ſeparatĩ nomibus addẽda ſit nõ aduerbio. p Præpoſitiões cũ una pro alia ponit: ut ſub Lucem ibãt pro ãte lucẽ. Aut neceſſario ſubtrahit: ut Siluis te tyrrhene feras agitare putaſti. pro ĩ ſiluis. p Cõiunctiões: ut ſubiectiſq; urere flãmis pro ue. Fit per ordinẽ cõiũctionũ: ut autẽ fieri nõ debet: cũ dicẽdũ ſit: fieri autẽ nõ debet: Fiũt præterea Soloeciſmi pluribus modis: quos repræhẽdendo potius quam imitãdo poſſumus ãnotare. Soloeciſmus eſt ĩ proſa: In poemate Schema dr̃. Sequit de decẽ uitiis.

Vm barbariſmo & ſoloeciſmo decẽ uitia nomiãt hoc modo. Acyrologia. Cacẽphatõ. Pleonaſmos. Periſologia. Macrologia. Tautologio. Eclipſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia. Acyrologia ẽ impropria dictiõis poſitio ut. Hũc ego ſi potui tãtũ ſpare dolorẽ pro timere.

Cacẽphaton ẽ obſcena pronũtiatio: uel in cõpoſita dictione: uel in uno uerbo: ut numerũ cum nauibus æquat. Et arrige aures pamphile.

Pleonaſmos ẽ adiectio ſuperuacua ad plenã ſignificationem: ut ſic ore locuta ẽ.

Periſologia ẽ adiectio uerborum ſuperuacua ſine ulla ui rerum ut ibant qua poterant qua nõ poterant nõ ibant.

Macrologia ẽ lõga ſententia: res nõ neceſſarias cõpræhendens ut legati nõ impetrata pace retro unde uenerũt reuerſi ſũt.

Tautologia ẽ eiuſdẽ dictiõis repetitio uitioſa: ut egomet ipſe uenio.

Eclipſis ẽ defectus quidã neceſſariæ dictionis quam deſyderat præciſa ſentẽtia: ut Hæc ſecum: deeſt loquebatur.

Tapinoſis ẽ humilitas magnæ rei: nõ id agente ſẽtẽtia: quod demõſtrat: ut penituſque cauernas ĩgẽtes: uterũque armato milite cõplẽt. i. multæ legiones armatorum militũ ĩplerũt multas cauernas. Et dulychias uexaſſe rates. Et pelidæ ſtomachum cedere neſcii.

Cacoſynthetõ ẽ uitioſa dictionũ cõpoſitio: ut Verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta.

Amphibologia ẽ ãbiguitas dictiõis: quæ fit p actm̃: ut ſi quis dicat audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe. Aut per uerbũ: ut criminat Cato. Vadat Tullius: nec addat quẽ uel a quo. Aut p participiũ: ut Video ſtatuã aureã haſtã tenentẽ. Fit etiã p omonyma: ut ſi quis dicat aciẽ nec addat oculorum: aut exercitus: aut ferri. Fit præterea pluribus modis: quos recẽſere omnes ne nimis longum eſſet nõ oportet.

Etaplaſmus ẽ trãſformatio quædã recti ſolitique ſermonis ĩ alterã ſpeciẽ metri ornatus neceſſitatiſue cauſa. Huius ſunt ſpeties quattuordecim.

Proſthesis. Epẽtheſis. Paragoge. Aphæreſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Diæreſis. Synæreſis. Synaloepha: Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis eſt appoſitio quædã ad principiũ dictionis litteræ: uel ſyllabæ: ut gnatæ pro natæ rettulit pro tulit.

Epentheſis ẽ poſitio quædã ad mediã dictionẽ litteræ: uel ſyllabæ: ut relliquias pro reliquas: Induperator pro impator. Hãc autẽ alii epẽtheſim: alii parentheſim uocant.

Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis litteræ uel ſyllabæ: ut magis pro mage: & poteſtur pro poteſt. Hãc alii Paralepſim: alii Prolepſim. i. præſũptionẽ uocant.

Aphæreſis ẽ ablatio de pricipio dictiõis litteræ uel ſyllabæ cõtraria proſtheſi: ut mitte pro dimitte & temno pro cõtemno.

Syncopa ẽ ablatio de media dictiõe litteræ uel ſyllabæ cõtraria epẽtheſi: ut audacter pro audaciter: & cõmouit pro cõmouerat.

Apocopa eſt ablatio de fine dictionis litteræ uel ſyllabæ contraria peragoge: ut achilli pro achillis: & poſſis pro poſſitis: & potes pro poteſtis: & mutu pro muto.

t4

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Ectaſis eſt extẽſio ſyllabæ contra naturã uerbi: ut Italiã fato
ꝓfugus: cũ italiã prima ſyllaba correpta dicere debeamus.
Syſtole eſt correptio ſyllabæ contra naturam uerbi facta contraria ectaſi: ut aquoſus orion: pro orion producte.
Diæreſis ẽ diuiſio unius ſyllabæ in duas: ut olli reſpondit rex albai longai pro albæ longæ: & aulai in medio libabant pocula bacchi pro aulæ: & diues pictai ueſtis & auri pro pictæ.
Synæreſis eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in unam cõtraria dyæreſi: ut phæton pro phaeton: & : æripedẽ pro aeripedem.
Synaloepha eſt per interẽptionem concurrentium inter ſe uocalium lubrica quædam leniſque colliſio: ut Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur. Hæc a quibuſdam Sinæreſis uel colliſio nuncupatur.
Ecthlipſis eſt cõſonantium cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio: ut Littora: multum ille & terris iactatus & alto.
Antitheſis ẽ litteræ pro littera poſitio: ut olli ſubridẽs pro illi.
Metatheſis ẽ trãſformatio litterarꝫ in alio loco: nulla tamẽ littera ex ea dictione ſublata: ut euandre pro euãder: & Tymbre pro tymber.
Schemata lexeos & dianoeas ſũt quædã figuræ uerborꝫ & ſententiarꝫ. Sed ſchemata dianoeas ad oratores ptinẽt: Ad grãmaticos uero lexeos. Quæ cũ multa ſit ex omnibus: fere neceſſaria ſũt ſexdecim ſcilicet. Prolepſis. Zeugma. Hypozeuxis. Syllepſis. Anadiploſis. Anaphora. Epanalepſis. Epitheton. Paronomaſia. Scheſiſonomatõ. Paromoeon. Omoeoteleuton Polyptoton. Hirmos. Polyſyntheton. Dialytõ.
Prolepſis eſt præſumptio rerꝫ ordine ſecutarũ: ut iterea reges ĩgenti mole latinus procedũt caſtris. Turnus deĩde æneas.
Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta: ut Troiugena ĩterpres diuum: qui numina phœbi: qui tripodas clari lauros: qui ſydera ſentis.
Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contraria: ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis redduntur ut regẽ adiit: regi memorat nomenque genuſque.
Syllepſis ẽ diuerſarꝫ clauſularꝫ p unum uerbũ cõglutinata cõceptio: ut Hic illius arma: hic currus fuit. Hoc ſchema late patet Et fieri ſolet nõ ſolũ p partes orationis: ſed p accidentia partiũ orationis. Itẽ ſyllepſis ẽ in diſſimilibus clauſulis: quãdo dictio ſigularis uerbo plurali adiungit̃: ut ſũt nobis mitia poma: caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.
Anadiploſis ẽ geminatio dictiõis: quæ ex ultimo loco præcedẽtis uerſus: & prĩcipio ſequẽtis iteratur: ut ſequitur pulcherrimus aſtur: Aſtur equo fidens.
Anaphora ẽ relatio eiuſdẽ uerbi p principiũ plurimorꝫ uerſuum: ut Nate meæ uires: mea magna potẽtia ſolus: Nate patris ſummi: qui tela typhoea temnis.
Epanalepſis ẽ uerbi in prĩcipio poſiti uerſus ĩ eiuſdẽ fine repetitio. ut Multa ſuper priamo rogitãs: ſuper hectore multa. Ante etiam ſceptrum dictæi regis & ante.
Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi ĩ eodẽ uerſu ſine aliqua dilatione gemĩatio: ut meme adſũ qui feci ĩ me cõuertite ferrum.
Paronomaſia eſt ueluti quædã denomĩatio uel quotiẽs aliud nomẽ efficit̃ de alio ut nã ĩceptio ẽ amentiũ haud amãtiũ.
Scheſiſonomatõ ẽ multitudo nominũ cõiunctorꝫ eodẽ habitu copulãdi: ut marſa mãus: peligna cohors: feſtĩa uirꝫ uis.
Paromœon ẽ quando ab eiſdẽ litteris diuerſa noĩa ſumũtur: ut Tite tute tãti tibi tanta tyrãne tuliſti.
Omoeoteleutõ ẽ cũ ſimili modo dictiões plurimæ finiũt̃: ut eos reduci: quã relinqui: deuehi: quam deferri malui.
Omœoptoton ẽ. cum in cõſimiles caſus exeũt diuerſa uerba: ut mœrentes flentes: lachrymantes: comitantes.
Polyptotõ ẽ multitudo caſuũ uarietate diſtĩcta: ut littora littoribus contraria fluctibus undas Imprecor arma armis pugnent ipſique nepotes.
Hirmos ẽ ſeries oratiõis cõtinuæ tenorẽ ſuũ uſque ad ultimũ ſeruãs: ut Principio cælũ ac terras: cãpoſque liquẽtes.
Polyſynthetõ ẽ dictio multis nexa cõiũctiõibus: ut Athamaſque: thoaſque pelideſque neoptolẽus: primuſque machaõ.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Dialyton ſiue Aſyntheton ē figura cōtraria ſuperiori carēs cō iūctiōibus: ut Ite: ferte citi flāmas: date tela: īpellite remos.

t Ropus eſt dictio trāſlata a propria ſignificatiōe ad ī propriā ſimilitudinem ornatus neceſſitatiſue cauſa. Sūt autē duodecim. Metaphora Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epithetō · Synecdoche. Onomatopoeia. Periphraſis. Hypbatō: Hipbole Allegoria

Metaphora ē reꝝ uerborūq; tranſlatio. Hæc fit quattuor modis. Ab animali ad aīale. Ab in animali ad īanimale. Ab in animali ad animale. Ab aīali ad inanimale. Ab animali ad animale: ut Tiphim aurigā celeres fecere carinæ. Nam auriga & gubernator nauis animam habēt. Ab īaīali ad ī aīale: ut Pelagus tenuere rates. Nā rates animā non habēt: neque pelagus.

Ab in animali ad aīale: ut atlantis cinctū aſſidue cui nubibus atris piniferū caput & uēto pulſatˀ & imbri. Nā mons animā nō habet: cui mēbra hominis attribuuntur. Ab animali ad ī animale: ut ſi tantū pectore robur concipis. Nā robur animā non habet cū Turnus cui hæc dicuntˀ aīam habet. Scire debemus alias metaphoras eſſe reciprocas: Alias autē eſſe partis unius. Reciprocas: ut altum mare: & profundum cælum. Poſſumus enim conuertere altum cælum: profūdū mare. Herbæ florent: Iuuenes pubent. Poſſumus enim conuertere. Herbæ pubent: Iuuenes florent. Alias partis unius: ut ſegetes fluctuant uites germinant.

Catachreſis eſt uſurpatio nominis alieni: ut Patricidam dicimus qui occidit fratrem. Et piſcinam quæ piſces nō habet. Hæc enim ubi extrinſecus ſumerent ſuum uocabulum nō haberent.

Metalepſis eſt dictio pergens gradatim ad id quod oſtendit: ut ſpelūcis abdidit atris hoc metuens. Et poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.

Metonymia eſt dictio quædam ueluti tranſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies. Aut per id quod continet id quod continetˀ oſtēdit: ut Nūc pateras libate Ioui. Aut contra: Crateres magnos ſtatuunt & uina coronant. Aut ꝓ ī uentore quod inuentū ē: ut ſine cerere & baccho friget uenus: Aut cōtra: ut Vinumque precamur. Nam hic deus adeſt præſens. Hæc exempli cauſa poſita addiſcentibus ſunt. Reliqua demonſtrabit lectio.

Antonomaſia eſt ſignificatio uice nominis poſita: quæ fit tribus modis: Ab animo: a Corpore. Extrinſecus. Ab animo: ut magnanimus anchiſiades. A corpore: ue ipſe arduus polyphemus. Extrinſecus: ut in fœlix puer atq; īpar cōgreſſus achilli.

Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cū proprio nomine. Nam antonomaſia uicem nominis ſubſtinet: Epitheton nūq̄ eſt ſīe ꝓprio noīe: ut dira celæno & diua camilla. Fit etiā tribus modis: ab animo: a corpore: extrinſecus. His duobus tropis uel uitupamus: uel oſtendimus: uel laudamus.

Sīecdoche ē ſignificatio pleni ītellectus capax: cū plus minuſue ꝓnunciat. Aut enim a ꝑte totū oſtendit: ut pupeſq; tuæ pubeſq; tuoꝝ. Aut cōtra partē a toto: ut ipſius ante oculos ī gens a uertice pōtus In puppim ferit. Et alibi: fōtēq; ignēq; ferebant. Meminiſſe autē debemus quādo fit a parte totū faciendum eſſe ab inſigniori parte.

Onomatopoeia ē nomē de ſono factū: ut Clamorq; uiꝝ: clangorq; tubaꝝ: tinnitus æris: Atq; leuē ſtipulam crepitātibus urere flammis.

Periphraſis ē circūlocutio quædā quæ fit aut ornādæ rei cauſa: quæ pulchra ē. Aut uituperandæ: quæ turpis eſt: ut iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciūt: nimio ne luxu optuſior uſu Sit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes.

Hypbatō eſt tranſcēſio quædā uerboꝝ ordinē ꝑturbās: Cuius ſpecies ſūt quīq;: Hyſterologia ſiue hyſterō proteron. Anaſtrophe. Parenteſis. Syntheſis. Temeſis.

Hyſterologia ſiue hyſteron ꝓterō ē ſentētiæ cum uerbis ordo mutatus: ut Et cererem torrere parātˀ flāmis: & frāgere ſaxo.

Anaſtrophe eſt uerborum tantū ordo præpoſterus: ut italiam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

contra pro contra italiam Parentheſis eſt interpoſita forma
tio diuerſæ ſententiæ: ut æneas (neq; n. patrius conſiſtere
mentem Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit achatẽ.
Temeſis eſt unius cõpoſiti uel ſimplicis ſectio: una dictione
uel pluribus interiectis ut ſeptem ſubiecta trioni. Et ſaxo ce
re comminuit brũ. Et maſſili portant iuuenes ad littora ta
nas: pro cerebrũ & maſſilitanas.
Synchesis eſt hyperbaton obſcurum: & ex omni parte confu
ſum: ut Tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet: Saxa
uocant Itali: mediiſq; in fluctibus aras. Eſt autem hic
ordo: Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa: quæ ſa
ĩ mediis fluctibus latentia: Itali uocant aras.
Hyperbole eſt dictio fidẽ excedens augẽdi minuẽdiue cauſa.
Augẽdi ut niue candidior. Minuendi: ut tardior teſtudine
Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur aliud dicitur:
ut Et iam tẽpus equm fumãtia ſoluere colla: hoc ẽ carmen
finire. Huiuſmodi ſpecies multæ ſũt: ex quibus ſeptẽ emi
nent. Hironia. Antiphraſis. Aenigma. Charientiſmos. Pa
ronomia. Sarcaſmos: Aſtiſmos.
Hiroĩa ẽ tropus qui ꝑ contrariũ conat᷑ oſtendere quod dicit:
ut Egregiã uero laudẽ: & ſpolia ãpla refertis tuq; puerq; tu
us. Hæc ubi grauitas ꝓnuntiantis adiuuerit: confiteri uide
bitur: quod negare intendit.
Antiphraſis eſt unius uerbi hironia: ut bellum: quod minime
bellum eſt. Et lucum quod minime lucet.
Aenigma ẽ obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinẽ rerũ
ut mater me genuit: eadem mox gignitur ex me. ſignificat
enim aquã in niuem conuerti: & ex eadẽ rurſus effluere.
Charientiſmos ẽ quo dura dictu gratius proferunt᷑: ut interro
gantibus nobis. Num quis nos quæſierit: reſpõſum detur
bona fortuna: ex inde intelligitur neminẽ nos quæſiſſe.
Paronomia eſt accõmodatũ rebus temporibuſq; prouerbiũ:
ut aduerſus ſtimulum calces. & lupus eſt in fabula.
Sarcaſmos eſt plena odio: atq; hoſtilis deriſio: ut en agros &
quã bello troiane petiſti heſperiam metire iacens.

Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis. Nam
aſteiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret: & faceta
ſatis urbanitate exponitur: ut qui bauium non odit: amet
tua carmina meui: atq; idem iungat uulpes: & mulgeat
hircos.
Homoeoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius quæ
magis nota eſt demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpeci
es. Hicon: Parabola: Paradigma.
Hicon eſt perſonarum ĩter ſe uel eorum quæ perſonis acci
dunt comparatio: ut hos humeroſq; deo ſimilis.
Parabola uero eſt rerum genere diſſimilium comparatio: ut
Qualis mugitus fugit cum ſautius aram Taurus: & incertã
excuſſit ceruice ſecurim.
Paradigma eſt exempli hortantis uel deterẽtis enarratio. Hor
tantis: ut Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos
penetrare ſinus: atq;. Deterentis: ut At non ſic phrygius
penetrat lacedemona paſtor Ledæamq; helenam troianas
uexit ad urbes. FINIS.

Barbariem quicunq; cupis uitare loquendo:
Donati hoc lecto codice doctus eris.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

SERVII HONORATI IN SECVNDAM DONA/ TI EDITIONEM INTERPRETATIO.

Rs dicta eſt uel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ideſt a uirtute
a quam græci uniuſcuiuſq; ſcientiam uocāt. uel
certe ideo ars dicitur: quod arctis præceptis cūc/
ta concludat ideſt anguſtis & breuibus. Pleriq;
artem ſcribentes a litterarum tractatu īcohauerunt. Pleriq;:
a uoce Pleriq; a definitiōe artis grāmaticæ. ſed omnes uidē
tur erraſſe. Nō enim propriam rem officii ſui tractauerūt:
ſed communem & cum oratoribus & cum philoſophis. Nā
de litteris tractare etiā orator poteſt. De uoce nemo magis
q̄ philoſophi tractant. Definitio etiam Ariſtotelicorum ē.
unde proprie Donatus & docte qui ab octo partibus īcoha/
uit quæ ſpecialiter ad grāmaticos ꝑtinent.

Omen dictum ē. eo quod res nobis efficit notas. Pro/
nomen: quia fungitur officio nominis: ut ſiquis di
cat. Virgilius fecit Bucolica. ipſe ſcripſit Georgica. Verbū
dictum eſt: eo quod uerberato aere motu linguæ: hæc pars
orationis inuenta eſt: & licet omnes orationes cum hac ora
tione miſceant̄: tamē ſpeciale ſibi hæc pars hoc nomen effi
cit. eo quod hac frequenter utimur in elocutione in tantū
ut dicamus uerbum fecit Tullius Apud populum in ſe
natu. Aduerbium dictū eſt: quia nunq̄ recedit a uerbo: ſiue
enī dicas cras facio inuenies aduerbia uerbis cohærentia.
Participium uocatur quoniā partē tenet nominis: partēq;
uerbi. q̄ſi particapiū. Nam a nomīe habet genera & caſus.
a uerbo tēpora & ſignificationes. ab utroq; numerū & figu
ram. Præpoſitio dicit̄: qm̄ in loquēdo præponitur. Dicimus
.n. ante templū eſt. nō tēplum āte eſt. Coniuctio dicta eſt.
quia coniungat elocutiones. ut ego & tu eamus: Interiectio
dicta eſt: quod interponitur ad exprimendos animi affec
tus: ut puta heu mortuus ē. In his aūt octo partibus natu/
ralis eſt ordo. Rite enim nomen primum ponitur quod
ex ipſo omnium rerum notitia procreatur. Poſt hoc debet
aſſequi pronomē quia nominis officio fungitur. nec debet
ab eius ſignificatione diuelli. Inde ſequitur uerbum. quo di
ximus nos frequēter uti. Inde aduerbiū: quod a uerbo nūq̄
recedit. Participium autem rite poſt nomen & uerbum po
nitur. quod ex partibus utriuſq; natum eſt. præpoſitio cum
uel uerbo uel nomini præponitur & ipſa iuſte hoc loco poſi
ta eſt illis iam ante prædictis quibus præponitur. Similiter
coniunctio quia coniungit omnia non debet primum locū
tenere: primo enim debemus ſcire quæ res coniunguntur.
Interiectio ideo ultima poſita eſt: quia nihil exprimit niſi
affectus animi qui raro interponuntur.

Omē eſt pars orationis cū caſu corpus aut rem proprie
cōmuniter ue ſignificans. in omnibus partibus oratiōis
definitiones eſſe debent ut ſegregentur ab aliis partibus:
& ſuæ partis quā definiunt aliquam proprietatē dicant. igi
tur quod dixit nomen eſſe partem orationis ſegregauit ſyl/
labas a plauſibus. & quicquid. confuſæ uoci datur. Quod
autem dixit cum caſu: ſegregauit a uerbis: aduerbiis: præpo
ſitionibus: ac coniunctionibus. Quod autem dixit corpus
aut rem ſignificare hoc ipſius proprium eſt: Corporale au/
tem nomen uel incorporale grammatici ita definierunt. Vt
corporale ſit quicquid uidetur & tangitur ut lapis. Incorpo
rale quod non uidetur nec tangitur: ut pietas. Item dicit ali
am proprietatem: quod aut propriū aliquid ſignificat: aut
appellatiuum. Nam proprium eſt: quod unus ē ut hector.
Appellatiuum quod multorum eſt: ut homo. Scire debe/
mus inueniri frequenter nomina appellatiua: quæ ſunt pro
pria: ut fœlix quæ communi ſēſu facile dignoſcuntur: illud
etiam ſcire debemus quia ſi proprium eſt quod unus ē: nu
merum tātummodo recipit ſingularem. Neq; enim poteſt
res unius in pluralem cadere. Nam quod propria nomina
pluraliter declinantur. ſciendū ē nō ab unius nomīe ꝓcrea/
tū numerū pluralē: ſed multitudinē nominū hoc facer̄ Rec
te. n. Virgilius dixit. Marios & Cāillos qm̄ plurales fuerūt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Appellatiuum autẽ nomẽ eſt quod cum ſit res multorum
recipit tamen & numerum ſingularem in multis etiã unus
tenetur.

Omperationis gradus ſũt tres. poſitiuus ut doctus. Cõ
paratiuus ut doctior. Superlatiuus ut doctiſſimus. Ple
riq; uolunt comparatiuum eſſe doctiorem dicentes nõ eſſe
comparationem quando doctior dicimus quia nõ cõparat
ſed præferat: ſed errant. Nam omnis compatatio id agit ut
alterum præferat. Illa enim quæ æquat ſimilitudo potius ẽ
q̃ comparatio. Poſitiuus autem omnia recipit genera Maſ
culinum ut hic doctus. Fœmininum ut hæc docta. Neutrũ
ut hoc doctũ. Cõmune ut docilis. Omne ut docens: Compa
ratiuus uero gradus duo tantum ſuſcepit genera Cõmune
ut doctior. Neutrum ut doctius. Superlatiuus tria tantũ.
Maſculinum ut doctiſſimus. Fœmininum ut doctiſſima.
Neutrum: ut doctiſſimum. Præterea nomina recipiunt cõ
parationem ſed ea quæ ſunt qualitatis & quantitatis. Qua
litas autem & Quãtitas aut ab animo dicitur ut doctus aut
a corpore: ut candidus niger: aut afortuna ut miſer: aut a
menſura ut longus. Quare quæſitiuum eſt: utrum latinior
diceretur quod tunc dicitur cum pro diſerto ponitur: ut ſit
latinior quomodo diſertior cum autem gentem ſignificat:
non poteſt comparari: ita enim non poſſumus dicere latini
or: quo modo nec græcior. Comparatiuus autem gradus iũ
gitur caſibus tribus ablatiuo. ſeptimo & nominatiuo inter
poſita particula q̃: Ablatiuo ut doctior ab illo. Septimo ut
doctior illo. Nominatiuo ut doctior q̃ ille. Sed frequenter
utimur ſeptimo ablatiuo pene nũq̃. Superlatiuus uero gra
dus genitiuo tantum plurali iungitur ut doctiſſimus illorũ
quanq̃ & ſingulari cohæret quotiens nomen eſt enuntiatio
ne ſingulari intellectu plurale: ut. O. donaum fortiſſime gẽ
tis Tytide. illud ſane ſeruandum eſt quod & poſtea tractũ
eſt. Comparatiuum gradum nos & noſtro & extraneo gene
ri coniungere. Superlatiuum autem tantũ noſtro. Dicimus
enim uelocior homo hominibus & uelocior homo canibus

quoniã Comperatiuus eſt gradus Superlatiuum uero gra-
dum tantum noſtro præferimus generi ut uelociſſimus ho
mo hominum: nemo enim dicit homo equorum.

Enera dicta ſunt ab eo quod generant: atq; ideo tan-
tum duo ſunt genera principalia Maſculinum & Fœ
mininum: Hi enim ſexus tantum generant. Genera autem
aut naturalia ſunt: aut ex auctoritate deſcendunt ut hic pa
ries: hæc feneſtra. In his enim naturalem nullum intelligi-
mus ſexum ſed eum ſequimur quẽ firmauit auctoritas. Cæ
tera uero genera a ſuperioribus ueniũt: ut ẽ neutrum quod
neq; Maſculinum eſt: neq; Fœmininum Cõmune quod ẽ
Maſculinum & Fœmininum. Omne quod omnia ſupra-
dicta continet genera Epicænum uero quod confuſum con
tinet ſexum. Nam inter Cõmune & epicænum hoc ĩtereſt:
quod commune ẽ ubi uiſu ſecernimus ſexum ut canis. Epi
cænum ẽ e contrario ubi uiſu non ſecernimus ſexum ut piſ
cis. Item inter epicœnum & commune hoc intereſt quod in
cõmuni articulari ſecernimus ſexum ut hic canis. uel hæc ca
nis. In Epicœno uero unus articularis ſumitur: & utrunq;
ſexum intelligimus: ut hæc aquila. Eum autem ſumemus
articularem quem auctoritas dederit. Nam cũ naturaliter
non poſſumus in Epicœnis ſexum deprendere: debemus au
ctoritate firmari.

Vmerus autem ſingularis eſt aut pluralis Dualis ue
ro græcus non uſurpatur niſi in nominibus duobus
quæ ſunt duo & ambo atq; ideo etiam in æqualiter declinã
tur.

Igura aut ſimplex eſt: aut compoſita. Simplex quæ
unam rem continet atq; naturalis eſt: ut doctus. Cõ
poſita uero quæ ex arte fit: duas res habet: ut in doctus.
Cõpoſita uero fit figura quattuor modis. q ĩ arte ſũt poſi
ti. Quod autem dixit Ex corruptis: ita ĩ telligere debemus:
ut tunc intelligamus corrupta eſſe in compoſitione quoti
ens reſoluta in tegrari poſſunt ut ſi quis dicat concipio iure
dicitur corruptum: quia ſi ſoluatur facit capio· quod eſt in

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

egrum:& cõficio facit facio:& ſimilia.

Blatiuus ſigularis regit genitiiuum datiuum & abla-
tiuum pluralem ſecundum regulas in arte poſitas:
Sed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta ter-
minato:ita intelligendum eſt.ut tunc producta ſit: quoti-
ens genitiuus ſingularis ei terminatus ſit cum uero is fuerit
terminatus idem genitiuus ſingularis: ut huius patris ab
hoc patre. Ideo autem latini uoluerunt ab ablatiuo ſingu
lari regulas ſumere quoniam hic caſus latinus eſt:nec eum
habent græci & ille utiq; caſus debuit regulas latinis nomi
nibus dare qui proprius latinorum eſt. Omnia nomĩa quæ
in rerum natura ſunt quinq; regulis continentur quæ regu
læ apud donatum non ſunt propter cõpendium tamen te
nendæ ſunt Colliguntur autem iſtæ regulæ de genitiuo ſĩ
gulari Nam hic caſus quinq; finibus terminatur aut æ dip
thongo: ut muſa muſæ: aut i ut doctus docti:aut is ut pa
ter patris:aut us ut hic fluctus huius fluctus:aut ei ut hic
uel hæc dies huius diei.Ergo cum inuenerimus aliquod no
men de cuius declinatione dubitatur:quærundus nobis erit
precipue genitiuus qui inuentus ſi æ fuerit terminatus ad
ſimilitudinem muſæ declinabitur ita & in reliquis fiet.
Sed'conſtat græca nomina etiã græce poſſe declinari. Plane
duos præcipue caſus ĩ his regulis ſollicite proferre debemus
Vocatiuum ſecundæ declinationis & ablatiunm tertiæ in
quibus cõtra regulas plurimum ſibi aſſumpſit auctoritas.
Vocatiuus enim ſingularis ſecundæ declinationis tum in i
exibit cum Nominatiuus ſingularis in ius fuerit termina
tus in genere Maſculino in proprio nomine ut hic Mercuri
us.O Mercuri Hoc enim nomen ius terminat nomina
tiuum & Maſculinum eſt & proprium Si autem nonmĩa
tiuus:Vs terminatur ut hic doctus Vocatiuum facit O doc
te:& ſi appellatiuum ſit licet ius terminatur:ut hic impius
O impie.hic egregius.o.egregie. At huic regulæ contrariũ
eſt hic filius O fili. Quare maiores noſtri timentes ipſum

uocatiuum ſimilem fecerunt nominatiuo. Vt Virgilius di
cit.Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum:& Lu
cius octauius iudex. Ablatiuus uero tertiæ declinationis:q
&.i.&.e.terminatur multum confuſus eſt tamen hoc ſerua
re debemus:ut cum nomen fuerit generis communis:quod
in is mittit nominatiuum & genitiuum:ablatiuum.i.termi
nemus:ut hic & hæc docilis:ab hoc & ab hac docili.Itẽ neu
tra omnia quæ. e.terminantur ĩ nominatiuo ut hoc mare:
ab hoc mari. Ea uero quæ.x.littera terminantur ĩ. e.exeũt:
ut hic calix ab hoc calice: hæc pellex ab hac pellice:hæc lex
ab hac lege:& ſimilia. Item omnia participia.e.terminant̃:
ut ab hoc calẽte ab hoc furente:quæ ſi nomĩa fuerint i ma
gis terminabuntur: Item quæ.or.terminantur in nomina
tiuo ut doctior:clarior: minor:maior:facit enim a doctiore
clariore minore maiore. Reliqua uero ſic ambigua ſunt ut
uix etiam auctoritate firmentur. Nam & ab hac naui & ab
hac naue legimus: & ab hac puppi & ab hac puppe:& ab
hoc igni & ab hoc igne.In quibus omnibus meliorum auc
roritas ſequenda eſt.

Ronomen dictum eſt quia ponitur pro nomine ut ſi
quis dicat Virgilius ſcripſit Bucolica:ipſe ſcripſit Ge
orgica.Nec tamen uidẽtur pronomina: quoniam nominũ
funguntur officio:eſſe nomina.Nam & ſi nominum uim
exprimunt non tamen plene exprimunt.Nomina enim po
ſita plenas faciunt elocutiones.Pronomina ſemiplenas Itẽ
nomina poſita uelut incohãt elocutiones Pronomina autẽ
uelut complent. Qualitas pronominũ principaliter bipti
ta eſt. Omnia enim pronomina aut finita ſunt:aut ĩfinita
Finita ſunt quæ recipiunt perſonas ideſt quæ deffiniunt p
ſonas & ſunt tãtum tria.ego:tu:ille: ſed ille plerunq; uari
atur. Nam ſi ad præſentis perſonam refertur tunc recte
finitum eſt:ſi de abſẽte dicatur minus q̃ finitum eſt.Infini
ta autem pronomina uarias habent ſpecies: Nam licet om
nia quæcunq; non recipiunt perſonas infinita ſunt:tamẽ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Alia dicũtur generaliter infinita Alia minus q̃ finita Alia ar
ticularia uel demõſtratiua Alia poſeſſiua: Generaliter ĩfini⸗
ta ſunt quæ unicuiq; perſonæ aptari poſſunt: ut eſt quis: &
ſunt hæc ſepté tantum quis: talis: qualis: quantus. tantus:
quotus : totus : Minuſ q̃ finita dicũtur quæ cõmemoratio
nem habent notarum perſonarum: ut eſt ipſe: hæc ſunt ſex
tantum. Ipſe: iſte: is: hic: idem: ſui. Sed ex his alia ſunt quæ
abſentes perſonas ſignificant: alia quæ præſentes. abſentes
reliqua omnia: præſentis hæc tãtum. iſte: iſta: iſtud: & hic:
hæc: hoc: quæ non nulli etiam pronomĩa articularia uocãt:
eo quod more græcorum nominibus declinantur: Poſſeſſi⸗
ua dicuntur pronomina : quæ nos aliquid poſſidere oſten
dunt ut eſt meus: tuus. Hæc ĩ quattuor partes diuiduntur
aut enim utraq; parte ſingularia aut utraq; pluralia aut ĩtrĩ
ſecus ſingularia extrinſecus pluralia aut extrinſecus ſingu
laria In trinſecus pluralia: Vtraq; parte ſĩgularia ſunt ubi
& perſona poſſidẽtis & poſſeſſio una eſt: ut meus Vtraq;
parte pluralia ubi ſunt multi qui poſſidentur & multi ſunt
qui poſſident ut eſt noſtri. Intrinſecus ſingularia extrinſe
cus pluralia ſunt quæ poſſidentes unam perſonã oſtendũt
poſſeſſorum plurimas ut eſt mei: uel e contrario: ut eſt no
ſter. intrinſecus autem dicitur quod pertinet ad perſonam
poſſidẽtis: extrĩſecus quod pertinet ad perſonam poſſeſſi.
Sunt autem poſſeſſiua pronomina quinq; tãtum meus:
tuus: ſuus: noſter: & ueſter . Abſq; his pronominibus quæ
õnia ſunt uiginti & unum: nullum aliud quod ſuam origi
nem habeat poterit reperiri ſed ſiqua ſunt compoſitione fi
unt. Scire autem debemus indeclinatiõe pronominum ple
runq; ſub una ſignificatiõe caſus uarie proferri ut eſt quis
uel qui. Nam poſſumus dicere mei cã te peto & mis cauſa
te peto & tis cã te peto: ſed mis & tis: de uſu receſſerunt. Itẽ
ablatiuus ſingularis aliquando uarie terminatur: ut a quo
uel a qui . Nam dicimus a quo ueniſti: & a qui ueniſti: ſed
a qui ĩ uſu eſſe deſiit. Datiuus etiam & Ablatiuus plurales
plerunq; uarii ſunt dicimus enim a quis uel a quibus ; qui

quidem uidentur hac ratione uariari quoniam ablatiuus
ſingularis inuentus eſt uarius. Scimus enim quia õnia quæ
o terminantur in is mittunt: quæ i in bus. Ergo ſicut dici⸗
mus ab hoc docto: ab his doctis ita dicimus a quo a quis.
Item ſicut dicimus a puppi a puppibus ita dicimus a qui a
qbus. Sed pronomina quemadmodum ĩdeclinatiõe dupli⸗
cant caſus Ita plerunq; minuunt : Nam ſunt pronomina
ubi tantummodo genitiui ſunt: ut eccum: eccam: ellũ . Sũt
ubi nomĩatiuus & uocatiuus deeſt: ut ſui: ſibi: ſe: a: ſe . Sũt
ubi uocatiuus tãtũ deeſt ut ĩ ꝓnomĩe quod eſt ego.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona
ſine caſu. Quod dixit cum tempore & perſona conne
xum intelligendum eſt. Neutrum enim poteſt in uerbo ab
altero ſeparari . Nam ſi ſolam perſonam uelis intelligere
pronomen eſt: ſi ſolum tempus participium eſt: ſi utrũq; ſi
mul tũc uerbum eſt: Quod autem adiecit caſu carere uelut
ſuperflue eſt poſitum. Quis enim neſcit uerbum carere ca
ſu: Sed timuit propter illas elocutiones quæ ſic formantur
quaſi caſum habeant: ut da mihi bibere: ſic eſt enim da mi
hi bibere: ut ſi dicas da mihi uinum quod utiq; caſum hẽt:
ne qui ergo propter ſimilitudinem elocutionum putarent
caſum modo infinito attribui: ideo dixit penitus caſum a
uerbo reponi: Nam illæ elocutiones caſum nõ recipiũt ſed
græcam elocutionem ſequuntur.

Valitas uerboꝝ diuiditur in modos & formas ; Mo
di omnes ſunt octo Indicatiuus Imperatiuus. Promi
ſſiuus. Optatiuus coniunctiuus. Infinitus: Imperſonalis.
Gerũdiuus. Sed ex his quinq; uolũt eſſe legitimos de tribus
uero dubitatur ideſt de promiſſiuo Imperſonali. Gerundi
uo: Indicatiuus dicit̃ modus quoniã per ipſum quod geri
mus indicamus: ut eſt lego . Imperatiuus quoniam per ip
ſum imperamus ut eſt lege. Optatiuus quoniam habet ad
uerbium optandi. ut utinam legam . Coniunctiuum uero

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modum non ideo coniunctiuū dicimus quia habet aliquid
coniunctum ideſt cum. Nam & optatiuus inciperet eſſe cō
iunctiuus quia habet aduerbiū coniunctum utinā ſed ideo
dictus eſt coniunctiuus quia in loquendo cum ſolus locuti
tionem implere non poterit coniungit ſibi indicatiuum: ut
cum ſcipſero faciam & cum dixero legam: Inifnitiuus dicitᷣ
modus quia non definit perſonas: ſed omnes tres uno uer/
bo profert ut eſt legere. Cæteri uero modi in perſonis diffe/
rentiam faciunt quod probatur hac elocutione. legere uolo:
legere uis. legere uult· Nam quoniam uolo uis uult indica/
tiuus eſt modus differentia facta eſt perſonarum: quoniam
uero legere infinitus eſt omnes uno modo prolatæ hi ſunt
generales modi. Illi uero tres de quibus dubitatur ita expli
candi ſunt. Qui negant promiſſiuum modum eſſe hoc aſ
ſerunt eſſe ſuperfluum hunc putari modum quoniam indi
catiui modi ſit tempus futurum ideſt legam ſcribam. Qui
autem dicunt proprium modum eſſe negant indicatiuum
modum tempus futurum per rerum naturam habere poſſe
Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt: quod per ipſū
indicamus. Nemo autem indicat: niſi quæ nouit futurum
habere non poteſt quia nemo indicat. De imperſonali autē
modo hæc loquntur. Pleriq; hunc modum dicunt quia ſic
de uerbo naſcitur quemadmodum cæteri modi ut lego lege
legitur: ſed tamen non probatur modus eſſe: ſed uerbum:
Nam cum unuſquiſq; modus: non poſſit currere per mo/
dos nam habet indicatiuum legitur. Imperatiuum legatur:
coniunctiuum cum legatur. Item Gerundiuum quem di
cunt modum pleriq; negant eum modum eſſe: ſed dicunt
participiorum a paſſiuo futuri & præteriti eſſe declinationē
ſed eſt modus: quia in. o. deſinit ultimo tempore ſuo ī qua
littera nullum deſinit participium et ſignificationem habet
tam agentis q̄ pacientis: quod utiq; non haberet ſi participi
um paſſiuum eſſet: Et enim cum dicimus cantando & agē
tis & patientis habetᷣ ſignificationem: quod probatur teſte
Virgilio. Nā ubi dicit: Cantādo tu illū agētis ſignificationē

quidem uidentur hac ratione uariari quoniam ablatiuus
ſingularis inuentus eſt uarius. Scimus enim quia ōnia quæ
o terminantur in is mittunt: quæ i in bus. Ergo ſicut dici/
mus ab hoc docto: ab his doctis ita dicimus a quo a quis.
Item ſicut dicimus a puppi a puppibus ita dicimus a qui a
q̄bus. Sed pronomina quemadmodum īdeclinatiōe dupli/
cant caſus Ita plerunq; minuunt: Nam ſunt pronomina
ubi tantummodo genitiui ſunt: ut eccum: eccam: ellū. Sūt
ubi nomīatiuus & uocatiuus deeſt: ut ſui: ſibi: ſe: a: ſe. Sūt
ubi uocatiuus tātū deeſt ut ī ꝑnomīe quod eſt ego.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona
ſine caſu. Quod dixit cum tempore & perſona conne
xum intelligendum eſt. Neutrum enim poteſt in uerbo ab
altero ſeparari. Nam ſi ſolam perſonam uelis intelligere
pronomen eſt: ſi ſolum tempus participium eſt: ſi utrūq; ſi
mul tūc uerbum eſt: Quod autem adiecit caſu carere uelut
ſuperflue eſt poſitum. Quis enim neſcit uerbum carere ca
ſu: Sed timuit propter illas elocutiones quæ ſic formantur
quaſi caſum habeant: ut da mihi bibere: ſic eſt enim da mi
hi bibere: ut ſi dicas da mihi uinum quod utiq; caſum hēt:
ne qui ergo propter ſimilitudinem elocutionum putarent
caſum modo infinito attribui: ideo dixit penitus caſum a
uerbo reponi: Nam illæ elocutiones caſum nō recipiūt ſed
græcam elocutionem ſequuntur.

Valitas uerboꝝ diuiditur in modos & formas. Mo
di omnes ſunt octo Indicatiuus Imperatiuus. Promi
ſſiuus. Optatiuus coniunctiuus. Infinitus: Imperſonalis.
Gerūdiuus. Sed ex his quinq; uolūt eſſe legitimos de tribus
uero dubitatur ideſt de promiſſiuo Imperſonali. Gerundi
uo: Indicatiuus dicitᷣ modus quoniā per ipſum quod geri
mus indicamus: ut eſt lego. Imperatiuus quoniam per ip
ſum imperamus ut eſt lege. Optatiuus quoniam habet ad
uerbium optandi. ut utinam legam. Coniunctiuum uero

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

modum non ideo coniunctiuũ dicimus quia habet aliquid
coniunctum ideſt cum. Nam & optatiuus inciperet eſſe cõ
iunctiuus quia habet aduerbiũ coniunctum utinã ſed ideo
dictus eſt coniunctiuus quia in loquendo cum ſolus locuti
tionem implere non poterit coniungit ſibi indicatiuum: ut
cum ſcipſero faciam & cum dixero legam: Inifnitiuus dicit
modus quia non definit perſonas: ſed omnes tres uno uer
bo profert ut eſt legere. Cæteri uero modi in perſonis diffe
rentiam faciunt quod probatur hac elocutione. legere uolo:
legere uis. legere uult· Nam quoniam uolo uis uult indica
tiuus eſt modus differentia facta eſt perſonarum: quoniam
uero legere infinitus eſt omnes uno modo prolatæ hi ſunt
generales modi. Illi uero tres de quibus dubitatur ita expli
candi ſunt. Qui negant promiſſiuum modum eſſe hoc aſ
ſerunt eſſe ſuperfluum hunc putari modum quoniam indi
catiui modi ſit tempus futurum ideſt legam ſcribam. Qui
autem dicunt proprium modum eſſe negant indicatiuum
modum tempus futurum per rerum naturam habere poſſe
Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt: quod per ipſũ
indicamus. Nemo autem indicat: niſi quæ nouit futurum
habere non poteſt quia nemo indicat. De imperſonali autẽ
modo hæc loquntur. Pleriq; hunc modum dicunt quia ſic
de uerbo naſcitur quemadmodum cæteri modi ut lego lege
legitur: ſed tamen non probatur modus eſſe: ſed uerbum:
Nam cum unuſquiſq; modus: non poſſit currere per mo
dos nam habet indicatiuum legitur. Imperatiuum legatur:
coniunctiuum cum legatur. Item Gerundiuum quem di
cunt modum pleriq; negant eum modum eſſe: ſed dicunt
participiorum a paſſiuo futuri & præteriti eſſe declinationẽ
ſed eſt modus: quia in. o. deſinit ultimo tempore ſuo ĩ qua
littera nullum deſinit participium et ſignificationem habet
tam agentis q̃ pacientis: quod utiq; non haberet ſi participi
um paſſiuum eſſet: Et enim cum dicimus cantando & agẽ
tis & patientis habet ſignificationem: quod probatur teſte
Virgilio. Nã ubi dicit: Cantãdo tu illũ agẽtis ſignificationẽ

oſtendit ubi dicit cãtando rumpitur anguis patientis.

Ormæ ſunt quattuor: per quas non declinatio: ſed ſi
gnificatio uerbo℞ explicatur: quæ ideo quattuor ſũt
qm̃ omne quod agimus quattuor tempo℞ officio continet
Nam aut cogitamus utrum agendum ſit. aut quod placuit
in cohamus: aut incohata cõplemus aut cõpleta iteramus:
iccirco ipſæ formæ hæc nomina acceperunt una enim Me
ditatiua quæ non agere nos aliquid: ſed adhuc uelle agere
oſtendit ut ẽ lecturio ſignificat enim nõ lego: ſed legere uo
lo. Secunda eſt incohatiua: quæ aliquid nos nuntiare oſtẽ
dit ut eſt caleſco quod ſignificat calere incipio. Tertia eſt p
fecta ut eſt lego: quæ plenum oſtendit actum. Quarta eſt
frequentatiua quæ nos ſæpe agere aliquid oſtendit: ut lecti
to ſignificat enim ſæpe lego. Quas formas pleriq; ueluti
milites refutare uolunt: ſed conuincuntur ſecundum ratio
nem naturalem. Multa enim ſunt quæ proprie non niſi iſ
tis poſſũt explicari. Meditatiua autem forma ĩ rio deſinit:
ut ſcripturio: lecturio. Incohatiua autẽ uerba quinq; regu
lis continentur. quarum ſi una defuerit incohatiua nõ erũt
debent enĩm ĩ ſco ſyllaba exire & originem ducere a neutra
li uerbo: & tertiæ eſſe coniugationis correptæ: & carere tem
pore præterito perfecto & pluſq̃perfecto carere etiam parti
cipio futuri temporis. Ideo autem incohatiua carent tẽpore
perfecto quia omnia quæ ĩcohantur nihil perfectum habe
re debent. Frequentatiua forma in to quando exit ſemper
primæ cõiugationis ẽ: ut lectito: as· curſito: as. ſcriptito: as.
Si autem in. ſo. exeat etiam terriæ eſſe poteſt ut laceſſo: la
ceſſis: faceſſo: faceſſis.

oniunctiones tres ſunt nomina habentes ab ordine
litterarum qnæruntur autem in quinq; rebus ideſt in
dicatiuo modo tempore præſenti: numero ſingulari: ſecũda
peeſona ante litteras uel ante ſyllabas ante litteras in uerbis
actiuis & neutralibus: ante ſyllabas in cæteris. i. in paſſiuis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cõmunibus:deponẽtibus. Ergo ubi.a.fuerit prima cõiuga/
tio ẽ:ut amo amas:ubi.e. eſt ſecũda ut doceo doces:ubi.i.
tertia ut lego legis:ſed tertia plerũq; & correpta ẽ:& produc
ta:quod deprehenditur hac ratione. Si correpta fuerit ĩ paſ
ſiuo penultĩa ſyllaba.e.habebit ut lego legis legor legeris. Si
autẽ ꝓducta fuerit. i.reſeruabit ĩ paſſiuo:ut nutrio nutris:
nutrior nutriris. Quæ uarietas etiam de ĩperatiuo modo col
ligitur.nam tertia correpta ĩ. e.exit:ut lege.tertia producta
in.i.ut nutri. Itẽ infinitiui modi penultima ſyllaba quæ ſi
lõga fuerit productam cõiugationem eſſe demõſtrat:ut nu
trire. Si breuis correptam eſſe demonſtrat:ut legere hæ autẽ
coniugationes futurum tempus indicatiui modi uarie mit/
tunt. Nam prima & ſecũda cõiugatio ĩ.bo. dicunt:ut amo
amas amabo.doceo doces docebo. Tertia uero correpta in
am tantum mittit:ut lego legis legam. Tertia producta du
as habet regulas requirendas ĩ indicatiui modi tempore præ
ſenti ſi ãte.o.ultimũ.e.fuerit correptum ĩ.bo. tantum mit
tit:ut exeo exibo. Si autem.i.habuerit ante.o.futurum tem
pus & ĩ bo mittit:ut ſeruio ſeruis ſeruibo:quas regulas Pro
bus artifex tuetur.

Erboꝝ genera ſunt quinq;. Actiua. Paſſiua. Neutra.
Cõmunia. Deponẽtia. Quæcunq; ille ſit diffinitiões
quæ hic lectæ ſunt:uarie tamen quãtum ad ſignificationes
id pertinet. Omnia iſta quinq; duas habẽt ſignificationes:
ideſt aut agentis aut patientis Hinc eſt quod in neutrali uer
bo & agentis & patieneis in uenimus ſignificationẽ.agentis
ut nato:& patientis ut uapulo. Item deponẽti uerbo ubi ſo/
la utiq; debuit eſſe paſſiua ſignificatio & agẽtis non nũq̃ in
uenitur:ut eſt loquor. Confuſio autẽ Cõmunis uerbi caſi/
bus ſegregatur. Nam ſi actm̃ caſum iungas agentis eſt: ut
criminor illũ. Si ablm̃ patiẽtis:ut criminor ab illo.

Empora ſunt quinq;. Præſens quod agit:ut lego. Præ
teritumiperfectum quod omiſſum ẽ & non comple
tum ut legebam. Præteritum perfectum quod completum
eſt paulo ante ut legi. Præteritum pluſq̃perfectum quod

cõpletum eſt olim:ut legeram. Futuꝝ quod imminet:ut le/
gam. Vnde uitioſe locuntur:qui dicunt expecta modo egre
diar. Nam iungunt ſignificationem futuram & præſens tẽ
pus. Item qui dicunt cras lego lectionem:uitioſe loquntur.
Nam cum lego temporis præſentis ſit cras uero aduerbium
futurum utiq; hæc locutio non cohæret. Tractandum eſt il
lud an ſana ſit locutio hæc cras legam an cras lego. Cras le
go ut diximus uitioſum eſt. Cras autem legam ideo nõ nul
li uitioſum iudicant: quoniam duo futura quaſi in aliud
futurum nos deferunt.

Odi uaria tempora recipiunt. Indicatiuus enim omĩa
quinq; habet ſupradicta tempora: Imperatiuus.n.
uero duo tantum præſens & futurum. Optatiuus tria:ſed
geminata: Nam præſens & imperfectum pro uno eſt: Item
perfectum & pluſq̃perfectum habet & futurum. Coniun
ctiuus tot tempora habet quot & ĩdicatiuus. Infinitus tria
habet tempora præſens:præteritum:et futurum. Sed Scire
debemus in omnibus paſſiuis uerbis præterita tẽpora ideſt
perfectum et plurq̃perfectum habere ulteriora præterita.ꝑ
ſonas omnes modi ſegregatas habent abſq; infinito ubi cõ
fuſæ ſunt ut diximus.i.tres. Modus autem imperatiuus ha
bet difficultatem perſonarum quæ talis eſt:prima perſona
in tempore præſenti deficit ſed in numero ſingulari. Cæte
rum in numero plurali non deficit: Ideo autem deficere cre
ditur tam in perſona q̃ in numero quoniam omne impera
tiuum in alium procedit ideſt a ſecunda perſona naſcitur:
in tempore uero futuro tam in numero ſingulari q̃ ĩ nume
ro plurali prima perſona deficit. ſecũda uero et tertia in nu
mero ſingulari uno modo proferuntur:ut legito tu:legto il
le:ut eſt apud Virgilium. Tertius argolica hac galea contẽ
tus abito. Nam ſi dicam legito:legat:legito quidem erit
tempus futurum:legat uero præſẽs. Item tertia perſona nu
meri pluralis:his regulis continetur. Indicatiuo modo tem/
pore præſenti tertia perſona numero plurali.o.accipit:& fa
cit hanc perſonã Imperatiui modi per omnes coniugatiões

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

amant:amanto:docent:docento:legunt:legunto.nutriunt
nutriũto:quod ſeruare maiores ut ait Horatius & quocũq;
uolent animũ auditoris agunto. Mam ſi diceret agant tem
pus præſens oſtenderet:non futurum.Prima coniugatio &
tertia correpta tot ſyllabas habere debet in ſecunda perſona
quot in prima habet ĩ dicatiuo modo:ut amo amas.lego le
gis. Quod autem aliter facerit anomalũ eſt:ut edo : es:
comedo comes.

Duerbium dictũ eſt eo quod neceſſe habet hanc par-
tem orationis uerbũ ſequi: ut cras faciã : hodie legã:
quottidie ſcribo:ſed non ut neceſſe eſt uerba ſequi aduerbi-
um.Ita neceſſe eſt aduerbium ſequi uerbum . Nam quãdo
dico facit orator:eſt elocutio plena q̃q̃ ſine aduerbio . Po-
teſt ergo uerbum ſine aduerbio poni.Aduerbium autem ſi
ne uerbo nunq̃ ponitur . Inſignificationibus aduerbiorum
localia aduerbia diligenter animaduertenda ſunt:quæ ha
bent quattuor ſpeties. In loco:de loco:ad locũ:& per locũ.
In loco ſunt hæc:hic:illic:ibi:intus:foris.De loco ſunt hæc.
hinc:illinc : inde : aliunde : uno modo tam de loco q̃ in lo
co proferuntur.i.ſine coniunctione præpoſitiões . Ad locũ
ſunt hæc:huc:illuc:iſtuc:illo:intro:foras . Per locum ſunt
hæc:hac:illac:illa. Ergo animaduertere debemus:ut quoti
ens fuerĩt aduerbia in loco iungamus uerba:quæ habeant
hanc ſignificationem in loco:ut puta ibi ſum:illic ſedeo:in
tus:& ſimilia. Quotiens ſunt autem aduerbia quæ ſignifi
cant ad locum iungamus his uerbis ſimiliter quæ habeant
ſignificationem euntis:ut pergo illuc:uado illo: proficiſcor
intro & ſimilia. Nam ſi quis dicat uenio ibi uitioſum eſt.
Venio enim ſignificationis eſt ad locum:ibi uero ĩ loco eſt:
et duo hæc diuerſa nunq̃ cohærent. Nam omnia aduerbia
nõ recipiũt cõperationem :ſed ea tantum quæ ducũt origi
nem a nominibus recipiẽtibus comperationem:ut doctus
docte: iure enim dicimus doctius doctiſſime quoniã et no
men ipſum facit. doctior doctiſſimus . Aduerbia autem

quæ comparantur in paſſiuo gradu duas habet regulas.e.
et.er.ut docte et fortiter . In comperatiuo unam ut docti
us et fortius.In ſuperlatiuo autem unam.e. quod ſemper
productum eſt : ut doctiſſime fortiſſime . Quando autẽ
poſitiuus.e. terminatur:et quando.er.datiuus ſingularis
oſtendit. Nam.e.tum terminatur aduerbium in poſitiuo
quando datiuus ſingularis.o.fuerit terminatus : ut docto
docte:claro clare . Tunc autem aduerbium. er. terminatur
quando datiuus ſingularis.i.fuerit terminatus:ut huic agi
li agiliter:& huic forti fortiter . Quæ has regulas non ſer-
uant aduerbia anomala ſunt.Nomina prouinciarum ſem-
per recipiunt præpoſitiones : ut ad campaniam pergo : de
campania uenio . In campania ſum . E contrario nomina
ciuitatum nunq̃ recipiunt præpoſitiones quando fungun
tur uice aduerbiorum . Veruntamen ſi ad locum ſignifi-
cant accuſatiui forma ſequenda eſt : ut Carthaginem uado
ſi de loco ſecundum ſeptimum loquimur . ut Carthagi-
ne uenio ſi in in loco duplex regula eſt : Nam ſi nomen
fuerit ſecundæ declinationis : aduerbium in loco fit ſecun
dum formam genitiui : dicimus enim deli fui beneuenti
fui quoniam huius deli huius beneuenti genetiuus eſt.
Sin autem nomen erit alterius cuiuſcunq; declinationis
tunc formam ſequimur datiui caſus dicimus enim Cartha
gini fui . Tyberi fui:quoniam huic Carthagini huic Ty-
beri datiuus eſt.Sciendum eſt ſane pauca nomina his regu-
lis repugnare:ut eſt Narbone in philippicis Cicero. Cum
tu Narbone menſas hoſpitium: conuomeres . Debuerit
enim dicere Narboni. Item Virgilius ait Tyria Carthagi-
ne qui nunc expectat inquit Carthagine non Carthagini
quod erat regula Sed Cicero Antyptoſĩ fecit . Virgilius ue
ro metri neceſſitatem mutata regula ſeruauit Generali
ter tenendum eſt quod aduerbiis ideſt ſolis poſitis non
debet coniungi præpoſitio ſeparatim . Nemo enim di
cit de ſero de modo : Vnde nec de mane dicere debe
mus quod pleruuq; in uſu habent.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

Sed quoniã legimus dum mane nouũ ideſt hoc ipſum ma-
ne iam nomen effectum eſt genus enim non recipit niſi no-
men: Videmur ei addiicere poſſe præpoſitionem: Quare tu
tius loquntur & ſolum aduerbium ſine præpoſitione po-
nunt: ut mane uenit & quando uolunt addere præpoſitio-
nem genus coniungunt: ut de primo mane uenio: iam enĩ
nõ uidetur iungi ei parti orationis quæ eſt mane: Sed quæ
eſt primo.

Articipium dictum eſt quaſi particapium habet. n.
partes. a. nomine duas genus & caſum. a. uerbo duas
tempus & ſignificationem: ab utroq; duas numerum & fi-
gurã: ideo ab utroq; quoniam numerus & figura tam mo
do accidũt q̃ uerbo illa enim bina iis tantum accidũt a qui-
bus trahuntur.

Enera participiorum ſunt hæc. Maſculinum. Fœmi-
ninum. Neutrũ & Omne. Maſculinum participiũ
in. us. ſyllabam terminatur. Fœmininum ĩ. a. Neutrum in
um. ut lectus lecta lectum. lecturus lectura lecturum. legen
dus legenda legendum. Nam hæc ſunt duo tempora præte
ritum & futurum quæ genera ſecundum regulas quas dixi-
mus diuidunt. Præſens autem participium ſemper generis
eſt omnis: & duabus clauditur conſonantibus; ut eſt le-
gens.

Aſus totidẽ ſunt ĩ participiis quot in nomine & pro
nomine. Participia autem Maſculĩa & Neutra ſecun
dæ ſunt declinatiõis. Fœminina primæ. Omne tertiæ ĩ quo
Ablatiuus &. i. &. e. terminatur: ut amãti & amante. Sed ſci
re conuenit quod ars exigit ut. e. littera terminetur. i. autem
ubi fuerit terminatus: Ablatiuus huius participii neceſſitas
eſt aut metri: aut euphoniæ.

Fmpora ĩ participiis latĩis tria ſũt. præſẽs. præteritũ:
& futuꝝ. Regulæ tamẽ quattuor ſũt. Nã præſẽs unã
habet quã diximus. ns. ut legẽs. Præteritũ unã. us. ut lectus

Futurũ uero duas habet regulas: rus: &: dus: ut lecturus: &
legendus. Ideo autem neutrale uerbum tot & eadem habet
participia quæ & actiuum quoniam ſic declinatur ut acti-
uum. Nam participia declinatione noſcuntur: Deponens
autem uerbum participium futuri in rus mittit: ut auxilia
turus. Nam ideo dictum eſt deponens non quod. r. litterã
non deponat(. Nam & commune deponens eſſet. & hoc. n.
r. litteram non relinquit) ſed ideo deponens dicitur: quod
deponit participium declinationis ſuæ ideſt futurum quod
dus: ſyllaba terminatur. Nemo enim poteſt dicere loquen
dus: licet inueniamus apud poetas hanc uſurpationẽ. Cõ
mune uero uerbum ideo habet quattuor participia: quia cõ
mune eſt ideſt agentis & patientis habet ſignificationem &
nouimus quod duo participia ueniunt ab actiuo: & duo a
paſſiuo. Sane ſcire debemus quod licet latinitas non habe
at neq; præteritum participium ab actiuo: neq; præſens a
paſſiuo: inuenitur tamen apud poetas talis elocutio ubi al
terius temporis pro hac ſignificatione ponatur: ut eſt Virgi
lius. Et qua uectus abas & qua grandeuus a lethes. Vectus
enim dixit pro eo quod eſt uehebatur. Regulæ participioꝝ
ita ſe habent: ut participium futuri tẽporis a paſſiuo regat
participium præſentis temporis ab actiuo ideſt ut de parti
cipio futuri temporis a paſſiuo ſublata dus ſyllaba & addi
ta. ſ. littera faciamus participium præſẽtis temporis ab acti
uo: uel e contrario. Item participium præſentis temporis a
paſſiuo ſublata. s. littera & addita. rus. ſyllaba facit partici-
pipiũ futuri temporis ab actiuo: ut lectus lecturus: uel e cõ
trario. Sed his regulis repugnãt pauca participia noua rati-
one uſurpata ut eſt moriturus quod nulla ratione dicitur
ſublata enim. rus. ſyllaba & addita. s. littera moritus
facit quod latinitas non habet nam mortuus dicimus: Et il
lud ſciendum eſt maiotes noſtri ſæpe a uerbis neutralibus:
præſentiſ temporis uſurpaſſe participia: ut eſt regnata.
triumphata. placita: nupta. pranſus. cœnatus & ſimilia.
Quibus nos ideo utimur: quoniam auctoritate firmantur.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

non tamen poſſumus de aliis uerbis neutralibus ſimiliter
quæ non lecta ſunt uſurpare: Sed debemus ea tantum quæ
lecta ſunt dicere.

Ooniuctiones dictæ ſunt ab eo quod coniungant elo
cutionem. Nā ſi quis dicat: ego tu eamus: diſſidet elo
cutio: ſi īterponas. &. & dicas ego & tu eamus: īcipit cohære
re. Copulatiuæ dicuntur eo quod & uerba & ſenſum copu
lant: ut ſi quis dicat ego & tu eamus. Nam in hac elocutiōe
& uerba coniuncta ſunt & ſenſus. Vtrunq; enim iturum
ſignificat. Diſiunctiua uero penitus contra naturam ſermo
nis fuiſſet inuenta: niſi uerba coniungeret: Nam quid tā
contrarium coniunctioni: q̄ habere ſpecies coniunctionis?
ſed ideo diſiunctiua dicitur quod ſenſus diſiungat. Nam
uerba coniungit: ut ſi quis dicat ego aut tu eamus: nunc. n.
elocutio cōiuncta: ſed ſenſus diſiunctus. Non enim utrūq;
ſed alterum iturum ſignificat. Expletiuæ dicuntur coniunc
tiones eo quod illud quod minus fuerat explere cōtendūt:
ut ſi quis dicat negligenti lege dicēdo lege in eo eum arguit
quod non legit. At ſi dicat ſaltem lege: in eo arguit quod ni
hil omnino agit. Inter cauſuales & rationales hoc intereſt.
quod tunc utimur cauſualibus qn̄ de cauſa loquimur: tunc
rationalibus: quādo de ratione. Cauſa eſt autē quæ nos ī
pingit ad aliquid faciendum. Ratio autem qua utimur in
faciendo. Sed plane faciendum eſt quod pro rationalibus
cauſales ponere poſſumus: & pro cauſalibus nūq̄ ponimus
rationales. Etenim cauſa non ſtatim rationem recipit. ubi
autem non eſt iam cauſa præceſſit. In ordine autem hoc ſer
uandum eſt quod ſunt aliquæ quæ ſemper præponuntur:
ut aſt: at: dicimus enim aſt ego quæ diuū incedo regia: non
ego aſt. Et itē at pater Anchiſes. nō enim pater at. Poſtpo
nunt̃ ueroq; & autē dicimus enim primuſq; machaō nōq;
ptimus Machaō. Et hoc autē fac: non autē hoc fac. Igit̃ ue
ro & priō & medio & ultiō conuenit loco dicimus enim igi
tur patres conſcripti cenſuerunt & patres igitur conſcripti
cenſuerunt.

Ræpoſitio dicta eſt. quod in loquendo præponitur:
dicimus enim apud amicum ſum. Excepta bina præ
poſitione quæ nunq̄ præponitur: ſed poſtponitur: ſicut te
nus: dicimus enim pubetenus & non tenus pube. & excepta
altera præpoſitione ideſt cum ſcilicet in pronominibus non
nullis: ut mecum: tecum: nobiſcum: uobiſcum: quod cōtra
artem ex aperto dicitur nemo enim dicit cū me cum te prop
ter cacēphatō: Natura enim præpoſitionis exigebat: ut præ
poneretur: Accuſatiuæ præpoſitiones ſunt. xxx. quæ accuſa
tiuo tantum iungūtur uel ſingulari uel plurali. Ex his ad &
apud diuerſas habent ſignificationes. Nam ad: ad locum ſi
gnificat: ut ad patrem uado. Apud uero in loco: ut apud pa
rentes ſum: ſed. ad. nunnūq̄ auctoritate etiam ī loco reperi
tur: ut decem fiſcos ad ſenatorem illū relictos & apud Ma
ronem. Ad Troiam pro caris geſſerat argis. Tentauerunt
pleriq; facere diſcretionem & in hac elocutione: quæ fit de
ad & de. in. ut ad forum uenio & in forum uenio: Etenim
ad forum uenio eſt ad forum accedo: in forum uenio forū
in gredior: ut ſit illud potius propinqnantis ad locum: hoc
autem locum ipſum tenentis: ſicut uidetur locutus eſſe Sa
luſtius dicendo: ire utiq; imperatores ad urbem erant utriq;
impediti ne triumpharent calumnia paucorum. Nā ſi nec
dum triumphauerant: urbem ingreſſi non fuerant· Ergo ad
urbem quod dixit propinquantis ſignificatio habetur: non
ingredientis. Vſq; etiam præpoſitio nouo modo ſibi aliam
coniungit præpoſitionē: dicimus enim ut Virgilius aduſq;
columnas exulat. Nec ſequi debemus quod nō nulli dicunt
uſq; ad uerbium eſſe multo minus enim ſibi iūgeret præpo
ſitionem ſi aduerbium fuiſſet. Aduerbio enim ſæpe præpo
ſitio ſeparatim nō cohæret. Et. e. & ex præpoſitiones habēt
differentiā: nam ſi pars orationis ſequatur a uocali īcohās
ex præponimus: ut ex animo. Si autē a cōſonante īcohet. e.
ut. e. foro. E conrrario autem poſitæ aut hiatum faciunt:
aut aſperitatem hiatum e animo aſperitatem ex foro.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Clam præpoſitio:quam donatus inter ablatiuas poſuit:ſci
re debemus quod in differenter pro arbitrio dicentis & abla
tiuo iungitur:& accuſatiuo:dicimus enim clam patre & clã
patrem:In:ſub:ſuper:et ſubter:et accuſatiuæ ſũt & ablati
uæ. Sed apud maiores noſtros indifferenter ponebant ideſt
nulla lege ſeruata. Nam et Virgilius dixit. Rapuitq; in fo
mite flãmam pro in fomitem:& Horatius. Naſo diſtrictus
ẽſis quod ſuper magna ceruice pendet: pro ſuper ceruicem
Cicero fortes in eo quiritis:pro in eum & ſimilia. Aetas poſ
terior ſuper & ſubter accuſatiuas fecit:in:uero & ſub:coniũ
gitur accuſatiuis caſibus commutatio eſt loci:ut in forum
uado. Sub baſilicam uado. Tunc iungitur ablatiuis cum p
manſio eſt uerborum:quæ elocutione præponenda ſunt ra
tione colligitur. Nam pergo proficiſcor & huius motum ſi
gnificant. Sto:ſedeo:dormio:& huius permanſionem. Lo
quelares præpoſitiões ideo dicuntur quia ſẽper cohærẽt:ut
cõduco:recipio:cohærere autem eas res illa ſignificat: quod
non patiuntut in ſignificatione interpoſitionẽ:Nemo eĩm
dicit con tibi duco:aut re illum cipio·Præpoſitiones cũ poſt
poſitæ fuerint ſi caſũ ſuum reſeruent adhuc præpoſitiones
ſunt.ut trãſtra per & remos ſi autem caſum mutent fiunt
aduerbia:ut tempore poſt. Sed plerunq; metrorum ratione
etiam præpoſitæ idem faciunt:ut lõgo poſt tempore uenit:
Et illud ſciendum eſt præpoſitiones utriuſq; caſus quotiẽs
pro aliis præpoſitionibus ponuntur illis eas caſibus iungi
quibus iũgũtur illæ pro quibus ponũtur:ut ĩ alterum. Nã
quoniã in modo cõtra ſignificat tantum accuſatiuo iungen
da eſt. Contra enim accuſatiui caſus eſt:Item ſuper priamo
rogitans:quoniam ſuper de ſignificat tantum ablatiuo iun
genda eſt:de enim ablatiui caſus eſt.

i Nteriectiones proprie ſunt affectus uoce incognita
condita expreſſi:ſed & plenus frequenter ſermo pro
interiectione habetur:ſi affectum ſignificet:ut proprie do
lor &ſimilia.

cenſuerunt.

Ræpoſitio dicta eſt.quod in loquendo præponitur:
dicimus enim apud amicum ſum. Excepta bina præ
poſitione quæ nunq̃ præponitur:ſed poſtponitur: ſicut te
nus:dicimus enim pubetenus & non tenus pube.& excepta
altera præpoſitione ideſt cum ſcilicet in pronominibus non
nullis:ut mecum:tecum:nobiſcum:uobiſcum:quod cõtra
artem ex aperto dicitur nemo enim dicit cũ me cum te prop
ter cacẽphatõ:Natura enim præpoſitionis exigebat:ut præ
poneretur: Accuſatiuæ præpoſitiones ſunt.xxx.quæ accuſa
tiuo tantum iungũtur uel ſingulari uel plurali. Ex his ad &
apud diuerſas habent ſignificationes. Nam ad:ad locum ſi
gnificat:ut ad patrem uado. Apud uero in loco:ut apud pa
rentes ſum:ſed. ad.nunnũq̃ auctoritate etiam ĩ loco reperi
tur:ut decem fiſcos ad ſenatorem illũ relictos & apud Ma
ronem. Ad Troiam pro caris geſſerat argis . Tentauerunt
pleriq; facere diſcretionem & in hac elocutione:quæ fit de
ad & de.in.ut ad forum uenio & in forum uenio : Etenim
ad forum uenio eſt ad forum accedo:in forum uenio forũ
in gredior:ut ſit illud potius propinqnantis ad locum:hoc
autem locum ipſum tenentis:ſicut uidetur locutus eſſe Sa
luſtius dicendo:ire utiq; imperatores ad urbem erant utriq;
impediti ne triumpharent calumnia paucorum. Nã ſi nec
dum triumphauerant:urbem ingreſſi non fuerant·Ergo ad
urbem quod dixit propinquantis ſignificatio habetur:non
ingredientis. Vſq; etiam præpoſitio nouo modo ſibi aliam
coniungit præpoſitionẽ:dicimus enim ut Virgilius aduſq;
columnas exulat. Nec ſequi debemus quod nõ nulli dicunt
uſq; ad uerbium eſſe multo minus enim ſibi iũgeret præpo
ſitionem ſi aduerbium fuiſſet. Aduerbio enim ſæpe præpo
ſitio ſeparatim nõ cohæret. Et.e.& ex præpoſitiones habẽt
differentiã:nam ſi pars orationis ſequatur a uocali ĩcohãs
ex præponimus:ut ex animo. Si autẽ a cõſonante ĩcohet.e.
ut.e. foro. E conrrario autem poſitæ aut hiatum faciunt:
aut aſperitatem hiatum e animo aſperitatem ex foro.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Clam præpoſitio:quam donatus inter ablatiuas poſuit:ſci
re debemus quod in differenter pro arbitrio dicentis & abla
tiuo iungitur:& accuſatiuo:dicimus enim clam patre & clã
patrem: In:ſub:ſuper:et ſubter:et accuſatiuæ ſũt & ablati
uæ. Sed apud maiores noſtros indifferenter ponebant ideſt
nulla lege ſeruata. Nam et Virgilius dixit. Rapuitq; in fo/
mite flãmam pro in fomitem:& Horatius. Naſo diſtrictus
ẽſis quod ſuper magna ceruice pendet: pro ſuper ceruicem
Cicero fortes in eo quiritis:pro in eum & ſimilia. Aetas poſ
terior ſuper & ſubter accuſatiuas fecit:in:ueto & ſub:coniũ
gitur accuſatiuis caſibus commutatio eſt loci:ut in forum
uado. Sub baſilicam uado. Tunc iungitur ablatiuis cum p/
manſio eſt uerborum:quæ elocutione præponenda ſunt ra
tione colligitur. Nam pergo proficiſcor & huius motum ſi/
gnificant. Sto:ſedeo:dormio:& huius permanſionem. Lo
quelares præpoſitiões ideo dicuntur quia ſẽper cohærẽt:ut
cõduco:recipio:cohærere autem eas res illa ſignificat: quod
non patiuntur in ſignificatione interpoſitionẽ:Nemo eĩm
dicit con tibi duco:aut re illum cipio·Præpoſitiones cũ poſt
poſitæ fuerint ſi caſũ ſuum reſeruent adhuc præpoſitiones
ſunt. ut trãſtra per & remos ſi autem caſum mutent fiunt
aduerbia:ut tempore poſt. Sed plerunq; metrorum ratione
etiam præpoſitæ idem faciunt:ut lõgo poſt tempore uenit:
Et illud ſciendum eſt præpoſitiones utriuſq; caſus quotiẽs
pro aliis præpoſitionibus ponuntur illis eas caſibus iungi
quibus iũgũtur illæ pro quibus ponũtur:ut ĩ alterum. Nã
quoniã in modo cõtra ſignificat tantum accuſatiuo iungen
da eſt. Contra enim accuſatiui caſus eſt: Item ſuper priamo
rogitans:quoniam ſuper de ſignificat tantum ablatiuo iun
genda eſt:de enim ablatiui caſus eſt.

i Nteriectiones proprie ſunt affectus uoce incognita
condita expreſſi :ſed & plenus frequenter ſermo pro
interiectione habetur:ſi affectum ſignificet:ut proprie do/
lor &ſimilia.

ſ Vnt nomina ſimilia participiis præſentis temporis
ut demens : legens : quæ hac ratione diſcernuntur.
Si enim nomen fuerit comperationem recipit:ut dementi
or dementiſſimus:ſi autem participium fuerit non recipit
comperationem. Nemo enim dicit legẽtior legentiſſimus.
Quid ſi ſit nomen non ſimile participio ſed quid ſit & par
ticipium aliam recipit diſcretionem:ut eſt amans quod &
nomen eſt & participium. Nam ſi ſit nomen genitiuo iun/
gitur ut amans tui:ſi autem participium ſit accuſatiuo iun
gitur:ut amans te:quemadmodum colens te. Si autem in
ueniantur nomina ſimilia participiis præteriti temporis
uel potius eadem & participia diſcernuntur in declinatiõe.
Nam participia ſi fuerint ſecundæ ſunt declinationis ut hic
uiſus huius uiſi:hic auditus huius auditi : Si autem no/
mina fuerint erunt quartæ declinationis:ut hic uiſus huius
uiſus:hic auditus huius auditus: Quãq̃ hæc quæ diximus
etiam illa ratione diſcernimus:quod participium tunc eſt
quom tempus habet:ut puta ille auditus eſt quom autem
non habet tempus nomen eſt:ut auditus meus obtuſus ẽ:
& uiſus meus breuis.

SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DO/NATI EDITIONEM COMMENTARIVS.

d Væ ſunt principales partes orationis nomen
& uerbum eo quod ipſæ ſolæ faciunt elocutio/
nem ut Cicero ſcripſit : Virgilius fecit:& ſine
ipſis nulla pars implet elocutionem. Nam quã
do dicimus ipſe legens dixit Ariſtotelici dicũt duas eſſe par
tes orationis nomen & uerbum. Stoici quĩq;. Grammatici
octo. pleriq; nouem. pleriq; decem. pleriq; undecim. Inter/
iectionem græci penitus non habent:ſed inter partes orati/
onis ideſt in octo non computant. Nos articulo non peni/
tus caremus ideſt eum articulum:ſed in pronomine com/
putamus. Tres partes orationis ſunt quæ caſibus declinan/
tur:nomen:pronomen:participium:& una quæ tẽporibus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ideſt uerbum . Cæteræ omnes quattuor non declinantur.
Quæſitum eſt quando pars orationis officio fūgitur utrū
ius ſuum retineat an eius cuius accipit ſignificationem nā
frequenter inuenimus & nomina pro aduerbiis poſita ut
toruum clamat & aduerbia pro nominibus: ut mane nouū
Quare ſciendum eſt quoniam ſi nomen ſit pro aduerbio ī
ſtitutum incipit non poſſe declinari. Et enim cum deſinat
eſſe quod eſt & trāſeat ī aduerbium incipit iam non poſſe
declīari: quemadmodum nec illud aduerbium naturaliter
declinatur. Item aduerbium ſi tranſeat in ſignificationem
nominis non nunq̄ declinatur quoniam ſignificat eā partē
orationis: quæ recipit declinationem . Vnde eſt illud apud
Plautum a primo mane uſq; ad ueſperum modo mane
nomen eſt hoc mane huius manis huic mani: hoc mane ab
hoc mane. Nam ſi aduerbium eſſet nec genus reciperet nec
præpoſitioni adiungeretur: nec poſſet terminari.

Roprium nomen in quattuor diuiditur partes . Præ-
nomen. Nomen. Cognomen: & agnomen. Prænomē
ē quod in loquendo præponimus ut publius. Nomen ē cō-
mune familiæ ut cornelius. Cognomen eſt proprium uoca-
bulum ut ſcipio: Agnomen eſt quod extrinſecus ſummitur
uel a uirtutibus ut africanus uel a uitiis ut iugulator . Sed
ſciendum eſt quod plerunq; contingit : ut tantummodo in
uenitur: ut ecce romulus unum tātū habet. plerūq; duo: ut
Nūma pompilius. plerunq; tria: ut Publius Virgilius Ma-
ro. Plerunq; quattuor ut Publius Cornelius Scipio Africa-
nus. Sane ſciendum eſt quod quotiens unum inuenitur co
gnomē eſt: nemo enim poteſt eſſe ſine uocabulo: quotiens
duo plerunq; prænomen & cognomen ſibi libertus eſt. Nā
non poteſt libertus habere nomen quod familiam ſignifi-
cat cū ipſe ſie familia ſit . Appellatiuoꝝ ſpecies ſūt uigīti
ſeptē. Sunt nomīa corporalia quæ uidemus & tāgimus: ut
terra lapis. Sūt ī corporalia: quæ nec uidemus nec tāgimus
ut pietas iuſticia. Sūt prīæ poſitiōis quæ a natura firmata

ſunt ut mons ſchola . Sunt deriuatiua quæ a primæ poſi
tionis nomine eiuſdem dicuntur ut mōtanus ſcholaſticus.
Hæc autem deriuatiua non regulis ſed auctoritate firman-
tur nam plerunq; inuenimus uaria ab uno ſermone . ut tu-
der eſt tudertinus tuders. Sunt etiam diminutiua: quæ ſen
tentiam minuunt & non ſemper ſed frequenter ſyllabis
creſcunt ut agnus agnellus . Sūt etiam alia ſono diminuti-
ua: ut tabula fabula in his ſignificatio principalis eſt: ſed
enuntiatio diminutiua tunc enim re uera eſſēt diminutiua
ſi haberent alia principalia: ut oculus ocellus. Sunt quæ di
cuntur tota græca ut dido mantho græce hæc & latine poſ
ſunt declinari græce ut dido didous latine dido didonis: mā
tho mantous & manto mantonis. Sunt quæ tota latina ap
pellantur: quæ lōge aliter a latinis proferuntur: q̄ a græcis.
Nam quom græci dicant . Pollydeus latini appellant pol
lux. Hæc autem quæ tantum latina ſūt latinæ declinamus.
Sunt quæ appellantur notha quæ non primis ſyllabis ſed
ultimis a græco ſermone diſſentiunt. ut achilleus achilles:
agamemnon agamemno & fere omnia græca: quæ in on ex
eūt. detracta enim on ſyllaba per breuem. o. proferuntur:
ut apollon apollo platon plato. Sunt ſynonima: quæ uari-
as habent elocutiones : ſed unam ſignificationem ut terra
ſolum humus tellus . Sunt omonyma ſuperioribus con-
traria ut aries: nam & machinamentum eſt quo muri expu
gnantur: & ſidus in cælo : & animal in terris aries uocatur.
Sunt patronymica quæ trahuntur non tantum a patribus
ſed etiam a parentibus. Nam inueniuntur & a matribus
dicta hetideus retoides: & ab auo: ut æacides & a maioribus
ut dardanides æneades & a uitrico: ut āphitrionides . Sic
ergo dicimus patronymica non a patre tantum ſed a paren
tibus tracta ut dicimus patricidam non qui patrem tantū:
ſed qui quenq; parentum necauerit . Hæc autem patrony-
mica ſi græca fuerint in des exeunt ut atrides aut in ius ut
atreius . aut in on ut atrion . Sed quæ in des exeunt tan
tum patronymica ſunt ut atrides agamemnon .

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Quæ in ius exeunt & patronymica & poſſeſſiua ut atreius agamemnon & atreius gladius Euandrius enſis. Quæ autẽ in on exeunt ĩ latinum ſermonem non tranſeunt. Fœmini na autem aut in is exeunt ut atreis: aut in ias ut atreias: aut in en: ut atrien. Sunt etiam nomina adiectiua quæ plerũq; ſenſum habent: ſed coniunctione iactantur: ut magnus for tis dicimus enim magnus uir fortis exercitus. Sunt etiã qua litatis quæ trahũtur ab animo a corpore extrinſecus ut doc tus niger fœlix: Sunt quantitatis quæ trahuutur a menſu ſura ut longus latus. Sunt gentis quæ gentem ſignificant: ut græcus hiſpanus. Sunt quæ patriam ſignificant: ut Ro manus. Sunt quæ numerum: ut unus duo tres quattuor quinq;. Sunt quæ ordinem ut quintus ſextus. Sũt quæ ad aliquid dicuntur: quæ penitus non poſſunt ſine alterius cõ iunctione intelligi ut pater: Non enim poteſt dici niſi filiũ habeat. Sunt ad aliqualiter ſe habentia: quæ e contrario ſi gnificationem ſumunt ut dexter ſiniſter niger candidus. Sunt generalia in quibus ſpecies continẽtur: ut animal Nã animal dicitur & homo & canis & equus ſunt ſpecialia: ut ſũt ea quæ diximus canis homo & equus. Nã illa ſũt ſpe cialia: quæ genere diſcernuntur. Sunt facta de uerbo: ut dic tor lector. Hæc autem ſemper ĩ. tor. exeunt & oriuntur a ge rundii modo ultimo tempore & ultima ſyllaba in tor uerſa per omnes coniugationes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor lectu lector. Sunt etiam participiis ſimilia ut demens nam ſic eſt demens quaſi legens: ſed demens no men eſt quia recipit comparationem id eſt dementior legẽs uero participium quia non recipit ſimiliter comperationẽ. Sunt etiam uerbo ſimilia: ut contemplator ſed hæc cum ca ſum acceperunt nomina ſunt: & contemplator huius con templatoris facit. cum autem tempus habuerint uerba. Vt Maro dixit contemplator aquas dulces Sed comperatiuus gradus generis eſt ſemper communis excepto uno quod eſt ſenior hoc enim ut probus dicit tantum generis maſculini eſt nam omnia quæ recipiunt comperationem qualitatis

ſunt & quantitatis ſic: ut puta non omnes qui ſtudent cau ſas agunt quiſquis autem cauſas agit: ſtuduit ſine dubio. Recta comparatio eſt quæ primam ſyllabam integram per omnes ſeruat: ut doctus doctior doctiſſimus. Si autem ĩte gram non ſeruat in æqualia efficit nomina quæ ſunt tantũ tria bouus: malus: magnus: cum cõſtet comparatiuum gra dum minus ſignificare uideatur ut clarior clariſſimo: docti or doctiſſimo. Præterea ipſe comparatiuus non nunq̃ poſi tiuum ſignificat quando dicimus ſenior ſignificans tamen ſencx At cum Saluſtius dicit. Mare ponticum dulcius eſt q̃ cætera. modo inuenitur Comparatiuus non ſolum compa ratiuus non eſt ſed nec poſitiuus. Nam mare nõ modo dul cius nõ eſt: ſed nec dulce quidem. Donatus dicit quinq; tã tum aduerbia genitiuo eſſe iungẽda: tanq̃ magis minus ma xime minime ea ſcilicet ratione: quoniam uim in ſe habent comperandi: atq; ideo non debent comparatiuis caſibus iũ gi ne uideatur comperatio geminata. Qui enim dicit tam doctior pene dicit hoc doctior doctior: quod latinitas nõ pa titur. Probus autem dicit omnia aduerbia quæ uim augen tis aut minuentis in ſe habent non debere coniungi nec ſup latiuo nec comperatiuo: ut ſũt iſta ualde multum plurimũ per & ſimilia. Nam iſta nomina tãtum poſitiuis gradibus debemus adiũgere. Quod ſuperlatiuum dicit genitiuo plu rali non adeo uerum eſt nam inuenimus eum etiam ſingu lari genitiuo poſſe coniungi tunc quando nomina ſũt enũ tiatione ſingularia intellectu uero pluralia ut eſt O danaũ fortiſſime gentis. Quod dicit enuntiatione maſculinum in tellectu eſſe neutrum pelagus uerum ẽ uulgus falſum eſt. Nam uulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgilium fœminino. In uulgum ambiguam neutro igno bile uulgus. Balneum generis neutri eſt in numero ſingula ri. Fœminini quidem ſecundum uſum: ut occiſus ad balne as pellicias tamen & neutraliter legimus: ut balnea uitãtur ĩ horatio. Cælum in numero ſingulari generis neutri eſt: In numero autem plurali generis maſculini habemus enim in

x

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Lucretio . Quis totidem uertit cælos. Cæpe in numero ſin
gulari neutri generis eſt: ut tunicatum cum ſale mordens cæ
pe & hoc nomen tres hoc ſolos habet caſus : hoc cæpe: hoc
cæpe: hoc cæpe. In numero autem plurali genere fœminino
ſimpliciter declinatur. loca & Ioca ſimilia nomina ſunt: nã
in numero plurali & maſculino & neutro genere declinãť:
dicimus enim & ioca & loca & ioci & loci . In numero aut ſĩ
gulari tantum maſculini: ut iocus & locus . Quod dicit ge
nera communia eſſe inter maſculinum ut puta pampinus
non ita intelligimus quaſi ſacerdos nã ſacerdos ſi maſculus
eſt hic ſacerdos dicitur: ſi fœmina hæc ſacerdos non poſſu
mus hoc pro noſtra uoluntate confundere : ſed pro naturæ
qualitate diſcernimus: Pampinus uero & dies & ſimilia pro
noſtro arbitrio uel maſculino uel fœminino genere proferũ
tur. Nomen nec in totum fixum nec in totum mobile: at fi
xum leæna ſecũdum Virgilium Torua leæna lupum ſequi
tur. ſecundum Ouidum mobile eſt qui dixit: ut lea ſæua ſi
tim multa compeſcuit unda Eiuſdem generis debẽt eſſe di
minutiua : cuius generis ſunt principalia ut puta ideo hæc
domuncula generis fœminini eſt quia & hæc domus gene
ris fœminini ẽ. Exceptis ſcilicet paucis iſtis: ſcutum: piſtrũ:
canis: rana: uerna: ſcutra. nam ſcutra ſcutrini facit. beta be
taculus. Puluis dicitur quia numeri ſingularis eſt tantum:
ſed legimus apud horatium O uides diſcipare pulueres.
Item pax: lux dicit numeri ſingularis ſed legimus apud Sa
luſtium: paces & luces . Item quirites dicit numero tantum
plurali ſed legimus apud horatium hũc quiritem uetus no
minatiuus hic quiris. Item idem horatius quis te quiritem
cuius nomĩatiuus erit hic quirites: ut dicit petronius. Qua
drigas dicit numero tãtum plurali ſed uarro dicit numero
ſingulari Virus generis neutri eſt: & declĩatur quemadmo⸗
dum doctus hoc uirus huius uiri: legimus enim apud lucre
tium Tetry primordia uiri . Dicit nomina iam compoſita
nõ debere componi & idem paulo ante dixit de cõpluribus
potuiſſe componi ne contrarium ſit ita intelligi debet ut

liceat nobis nomen componere bis: ſed ita ut prima cõpoſi
tio ſenſum nobis in contrarium non uertat: ut territus im⸗
perterritus. Illud enim nobis non licet facere: ut per compo
ſitionem primum conuerſũ in contrariã ſiguificationẽ no⸗
men per ſecundam compoſitionẽ ualeamus reuocare ad pri
mam ſignificationem: ut eſt doctus: indoctus: quando an⸗
tiq; nulla ratione dicitur præfectum uigulũ ſic dicatur quẽ
admodum tribunus militum ideſt ſi pro uno nomine acci
pitur uterq; ſermo ĩ priore parte tantummodo declinatur.
Si autẽ uoluerimus elocutionem facere dicimus præfectus
uigilibus quo tempore licet nobis etiam in hac duo nomĩa
aliquem ad ferre ſermonem ut præfectus eſt uigilibus.

Aſus pleriq; quattuor eſſe dicunt auferentes nomina
tiuum & uocatiuum: Nominatiuũ qui ſimilis eſt uo
catiuo. Ideo autem auferunt nominatiuũ quoniam quom
caſus ſit ab eo quod faciat nomen habere. Nominatiuus e
contrario rectum nomẽ oſtendit. Alii quinq; docent ut græ
ci qui ablatiuum non habent. Alii ſex ut latini qui ablatiuũ
addunt: Alii ſeptimum etiam addunt caſum qui ablatiuo
ſimilis inuenitur. Nam quando dico re uera doctior illo &
doctior ab illo eadem inuenitur elocutio quando autem di
co illo preſente ſuſcepi & ab illo præſente ſuſcepi: non eſt ſi
milis ab utroq; caſu elocutio. Nam illo præſente ſuſcepi in
ter duas tantummodo res geri uidetur. Nõ nulli adiungũt
octauum caſum qui fit cum quid per accuſatiuum cũ præ
poſitione poſſumus docere: dicimus per datiuum ſine præ
poſitione ut clarior it in cælum & it clarior cælo: ut ſubeunt
ad murum & ſubeunt muro . In flexionum autem uarieta
tes in ſex ſunt: Aliquando enim omnes caſus uarios exitus
ſummunt ut eſt unus quæ dicitur forma exaptota: Item pẽ
taptota dicitur ubi quinq; ſunt uarietates. Item tetraptota
ubi quattuor ut eſt ſpecies. Triptota ubi tres ſunt: ut eſt tẽ
plum Diptota ubi duæ: ut cornu: genu: Nam nomĩatiuus
accuſatiuus & uocatiuus corripiuntur: Alii tres ꝓducũtur

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ideſt genitiuus datiuus ablatiuus . Eſt etiam monoptota:
quam nõ bene monoptotam ſed aptotam dicimus ut neq̄
nam monoptota illa ſunt quibns unus tantum caſus eſt ut
fponte Aptota uero illa ſunt ubi omnes quidem ſũt caſus:
ſed nulla ratione uariantur ut eſt frugi. Inueniuntur autem
nomina unum caſum habentia ut tabo : aut duo tan-
tum ut hic iupiter. o. iupiter: aut tres tantum: ut hoc nefas
aut quattuor tantum: ut huius dictionis huic dictioni hãc
dictionem ab hac dictione. Sed horum nominum reliquos
caſus in uſu quidem non eſſe manifeſtuum eſt. In auctori-
tate autem ſæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit.
quanq̄ uſus uendicet nominatiuum Inimicus enim eſt mi-
hi dico non meus. Itẽ ſecundus ab illo eſt: dicimus nõ ſecũ-
dus illi quanq̄ iſta nomina ſuis caſibus ſeruiunt etiam aliis
alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem dici-
mus & illa re. Quod dicit ab his mulabus: filiabus: deabus:
nos dicere debere. Sciendum eſt propter teſtamentorum ne
ceſſitatem: Nam hæc pauca dicit probus contra artem eſſe
ſuſcepta : nec nos debemus ad iſtorum ſimilitudinem alia
declinare: ea enim quæ arte carent ſola auctoritate firmant̃.
uas in numero ſingulari tertiæ declinationis eſt: in numero
plurali ſecundæ Dices ſecundum regulam tantum fœmini
ni generis eſt. Nullum enim nomen eſt producto ablatiuo
terminatũ quod alterius poſſit generis inueniri quod autẽ
dicimus genere maſculĩo idem ratio perſuaſit aduerbii Nã
hodie dicentes quaſi hoc die ſignificamus nec tamen dici-
mus hodie quaſi hac die: Nam quotiens nominatiuus ſin-
gularis. n. & r. terminatur ablatiuis in. e. etiam genitiuus
pluralis in um : Exit: a. ſupradictis regulis. accuſatiuus
ſingularis tunc in. im. exit: quom ablatiuus ſingularis in
dubitabiliter. i. terminatur. ut ab hac ui: & ab hoc thyberi
facit enim hanc uim hunc thyberim . Si autem. e. termina
tur ablatiuus : tunc uariatur accuſatiuus ut ab hac puppe
hanc puppem . Domus & iugerum ab antiquis aliter
declinabantur q̄ hodie declinamus. Nã domus erat quartæ

declinationis. Iugerum tertiæ nos autem in hoc nomine. i.
domus tres in unum caſum uſurpamus. a. ſecunda declina
natione ablatiuum. a. domo: genitiuum pluralem harum
domorum accuſatiuum pluralem has domos . In nomine
autem iugeris: unum tãtummodo uſurpamus ablatiuum
ab hoc iugero . V . littera tunc retinetur in datiuo plurali:
ut ipſe dixit: quom aliqua diſcernenda ſunt: ut artubus : &
arcubus: cui regulæ tamen ĩuenimus duo nomina contra-
ria ideſt nulla diſcretione interueniente. u. retinentia ut ſpe
cubus & tribubus: quæ ab iſtis regulis diſcrepant. Nomina
tantum pluralia uulcanalia: minerualia: ideoq; illæ regulæ
ablatiui ſunt ſingularis : hæc autem nomina ſunt numeri
tantum pluralis: quæ licet regulas non habent tamen ad ſi-
militudinem nominum declinanda ſunt: quæ nomina re-
gulis continentur. i. ut ſic declinemus. hæ Kalendæ quem
admodum hi agiles hæ idus quemadmodum hæ manus:
quanq̄ dixerunt ut quemadmodum regulis carent: ita ua-
rie declinarentur ; Nam in uenimus apud auctores & anci
lium: & anciliorum: & uulcanalium: & uulcanaliorum. Itẽ
nomina græca. a. ſupradictis regulis ſegregantur: ut emble
ma: poema: & hoc iuſte: Nam ſi græca ſunt ablatiuo carent
illæ autem ab ablatiuo originẽ ſumunt quas non poſſunt
ſuſcipere nomina ablatiuo carentia: ſed hæc maiores noſtri
aut tertia declinatione declinabant ſi fuiſſent generis neu
tri: ut poema: poematis: aut prima declinatione declinabãt:
ſi fuiſſent generis fœminini : ut hæc poena : huius poenæ:
quanq̄ inuenimus aliquos caſus nec ab illis nec ab iſtis re
gulis declinatos ideſt genitiuum pluralem: & datiuum &
ablatiuum pluralem legimus enim apud Ciceronem ho
rum poematorum his poematis: ablatiuo ab his poematis:
ſimiliter & emblamatorum & emblamatis. peripateſmato
rum peripateſmatis . Analogia dicitur ratio declinationis
nominum interſe omni parte ſimilium latine proportio
uocatur: Nomina autem ſimilia ſunt omni parte ſi octo re
bus ſint ſimilia ideſt ex illis quæ accidunt nomini qualitate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

comparatiõe: genere: numero: figura: caſu: deinde exitus ſyl barũ: deinde conſonantium: rationes penultimarum: atq; ſi una res ex iſtis octo deſierit ſimilibus dicimus enim nomen nulla ratione declinari ſimiliter cuius rei exemplum & lupus ſit lupus nam ſeptem partibus conſentiunt: tamen quaſi genere diſſentiunt. Lupus enim in aliud genus: ut lupus: lupa: lepus: lepa nõ facit.

Robus autem pronomen in qnattuor partes diuidi putauit ideſt pronomẽ infinitum: finitum: minuſq̃ finitum: et poſſeſſiuum quod nõ uidetur habere rationem: unde Donatus melius qui in duas partes in primo diuiſit: Nam ſi ea ſunt finita pronomina quæ recipiunt perſonas: Alia omnia quæ non recipiunt perſonas infinita dicenda ſunt: Vnde apparet quod infinita & minuſq̃ finita ſunt & poſſeſſiua. In illis enim non accidit certa perſona: cuias: & noſtras: uel cuiates & noſtrates nam utrũq; dicimus ſecundum plauti auctoritatem gentem ſignificat: ut eſt cuius gentis optime noſtræ gentis. Pleriq; accentum in ultima ſyllaba ponunt: quando cuiam: ſed praue: Nam nulla pars orationis eſt latina abſq; prædictis: quæ poteſt in ultima accentum tenere. i. pone & alias Sunt aliqua pronomina quæ caſibus creſcunt nominatiuo: ut quis uel qui. genitiuo ſigulari: ut mei uel mis: tui: uel tis. ablatiuo ſigulari ut. a. quo uel. a. qui plurali datiuo uel ablatiuo: ut. a. quis uel. a. quibus qua ratione fiant ſuperius diximus. Sunt e contrario quæ caſibus decreſcũt: nã uocatiuus non ïuenitur in pronomine ego. Aliquando nominatiuus & uocatiuus: ut in pronomine ſui: ſibi: ſe: a: ſe. Aliquando tantum accuſatiuus: eccum: eccam: ellum: ellam. Aliquando tantum genitiuus ut cuia: & cuium. Quod autem dicimus ſui aliquid eſſe pronomen uerum eſt: non enim de poſſeſſiuo naſcitur cuius nominatiuus eſt ſuus: Nam ſi inde naſceretur datiuũ o mitteret: ut ſuo non in. i. Præterea eſt aliqua differẽtia quod hoc pronomen ſui: uel ſibi: utriuſq; numeri eſt. Illud uero poſſeſſiuum ſuum & ſingularem habet numerum & pluralem. Quæſitium eſt apud græcos an. O. uocatiuus eſſet articulus & prouocatus non eſſet. Omnes euim articuli cum de numeto ſingulari ad pluralem tranſeunt uarie proferuntur: ut hic & hii huius & horum & reliqui. Quando autem dicimus o docte & docti: & utroq; numero eundem articulum ponimus: quæ res nõ articulus uidetur quia non mutatur in numero plurali: ſed potius aduerbium uocantis: ut quemadmodum dicimus: heus uos docti: ſic dicamus o tu docte & o uos docti: Inter Articulos & pronomẽ hoc intereſt: quod pronomina tunc cum ſine nominibus ſunt & abſentium nominum uidentur explere perſonas: ut hic & hæc & hoc quando autem dico hic æneas huius æneæ iam non poſſunt pronomina dici: cum non fungantur eorum nominum quæ præſentia ſunt officio. Ipſa enim nomina per ſignificationem implent. Neuter alius: & reliqua conſtant eſſe nomina: quoniam probus uiginti & unum dicit eſſe pronomina in quibus iſta non computantur. Ea pronomina quæ utraq; parte nominatiuum habent ſecundum formam nominum declinantur: Nam ſic declinamus quiſquis utraq; parte ſic autem priore parte non declinamus aliquis: quemadmodum nec iuris peritus: Sic poſterio re parte non declinamus quiſpiam quemadmodum nec tribunus militum.

Di: noui: cœpi: memini. Quæritur cuius ſint tẽporis quom conſtat eſſe perfecti: Nam & perfectum in. i. ſemper exit ut legi: ſcripſi: & præſens tempus nunq̃ in. i. ſed ſemper ĩ. o. exit. Illa enim uerba ſignificationem habent præſentis temporis regulas autem præteriti. Sum defectiuũ uerbum eſt in coniugatione: Nam quando dicimus es: non poteſt eſſe ſecũda coniugatio quia &. e.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

correptam habet & in prima perſona.e.ante:o.non habet.
Pudet: et tedet: quaſi defectiua poſuit. In ſuperiore autem
parte imperſonalia non contrarie ſunt poſita. Nam hoc ip
ſum uerbum imperſonale defectiuum eſt. Sublatis enim
de primo uerbo duabus perſonis: prima & ſecunda. Tertia
utiq; ſupereſt. Quæ ſi non ſibi adiungat pronomen defecti
uum dicitur eſſe uerbum ſi autem adiungat imperſonale
Gaudeo & audeo.a.pleriſq; neutro paſſiua: ab aliis ſupı̄a
uerba dicuntur quæ in tempore perfecto & pluſq̄perfecto
paſſiuam habent declinationem: ı̄ reliquis autem actiuam:
ideſt temporibus. Sunt alia in æqualia quæ ſuam habent
declinationem & contraria ſunt: ut placeo: nam & placui fa
cit & placitus ſũ. Sũt itẽ alia ı̄ æqualia quæ ideo ſũt ı̄ æqua
lia quoniam primam ſyllabam non reſeruant: ut: nolo: uo
lo. Faciunt enim nolo: nonuis: nonuult: non nolo: nolis: no
nolit. Item uolo: uolis: uolit: non dicimus: ſed uolo: uis:
uult. Sunt aliqua penitus anomala: dequibus nihil poſſu
mus dicere niſi quod lectione declinetur eas uſurpare perſo
nas quæ tantum auctoritate firmãtur: & ſũt hæc faxo: faxis
ı̄ quit: ı̄ fit: ı̄ quã: & reliq̄. Prı̄a perſõa ı̄ ı̄dicatiuo modo ſẽp
corripitur: ut lego abſq; monoſyllabis: ut do: flo: ſto: quæ
quidem ſi fiãt poliſyllaba: ut reddo: reflo: reſto: corripiũtur
Verba quorum declinatio in noſtra poteſtate eſt: ſunt hæc
tondeo: lauo: fabrico: punio: & reliqua ueruntamen debe
mus ſecundum naturam actiuum uel paſſiuum præſume
re: ut ego lauor: balneum lauo: quando ego capillos depo
no ut dicam tondeor: quãdo alteri capillos de traho: ut tõ
deo. Prima perſona nõ debet ita proferri: lego ego. Quoni
am lego iam habet in ſe ſignificationem pronominis: niſi
tamen ſic tunc poſſumus dicere quando nos magis uolu
mus oſtendere lecturos q̄ alios ut ſit quaſi ego magis q̄ cæte
ri: maledico tibi dicimus non te dicimus. Prima perſona
ante ultimam.o.ſeptem litteras non habet: h: o: f: k: q: i: z:
cætera uero habent.e.ut ſedeo.i.ut audio.v.ut annuo.b.ut

bibo: & ſicut in arte ſcripta ſunt. K. Ideo non poteſt præpo
ni.o.litteræ quia nunq̄ ante ponitur niſi.a.ſequente.q.y.z
ideo non poſſunt præponi.unum tamen uerbum quod.o.
ante: o: habet: ut reboo: teboant: ſiluæq; & magnus.o. ideo
contra regulam uenit quia græcum eſt. cætera ı̄ arte cõſcrip
ta ſunt.

Duerbium dictum eſt: quia neceſſe habet ſemper
uerbum ſequi: Verbo tamen non neceſſe eſt egere
ſemper aduerbio: nam poſſumus dicere ſic legit:
Nunc enim & plena eſt elocutio & aduerbium tamen non
inuenitur: nam quom dico cras hodie: non erit integra elo
cutio niſi addam uerbum ut puta dico uel facio. Aduerbiũ
plerunq; confirmat uerbum plerunq; deſtruit: Confirmat
ut iam faciam. deſtruit: ut nõ faciam. Aduerbia aut a ſe ori
untur: aut ab aliis partibus oratiõis ueniunt: ſicut ı̄ artibus
poſitum eſt: nã ibi ſũt exempla uaria poſita henno autem
nihil aliud eſt niſi hocanno. Vnde deriuatio duplex inueni
tur: Nam Cicero dicit hornatinas fruges horatius dicit hor
natas fruges. Item meatim nihil eſt aliud niſi meo more: tu
atim tuo more. Quod dicit de participio aduerbium poſſe
deduci: uerum non eſt & enim illud exemplum quod pro
tulit ideſt indulgens non tantum participiũ ẽ: nam recipit
cõperationem facit eı̄m indulgentior indulgẽtiſſimus ergo
quando dicimus ı̄dulgenter nõ uidemus a participio tranſ
tuliſſe in aduerbium ſed a nomine: Omnia aduerbia.e.ter
minata in poſitiuo ſemper producurtur: ut docte. Exceptis
tribus regulis eorum aduerbiorum. Quæ autem non cõpa
rantur: ut rite: nemo enim dicit ritius ritiſſime: uel quæ ma
le cõparãtur: ut bene: Nemo eı̄m dicit bonius boniſſı̄e. Vel
quæ a ſe oriunt ut impune: ı̄punius. hoc ſcilicet ı̄ poſitiuo.
Cæterum ſuperlatiuus gradus ſemper producitur facille: &
difficile nõ queritur: utrum aduerbia ſint an nomı̄a conſtãt
autem eſſe nomina tantum quia ſemper correpta ſunt:

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si enim aduerbia eſſent:ut ſupra diximus producerentur
deinde quia neutri generis formam ſequntur . Sicuti eĩm
dicimus & facilis facile:ſic difficilis difficile . Deinde ſi ad/
uerbia eſſent in ter exirent. Datiuus enim nominis. i. termi
natus aduerbium inter ſyllabam mittit ut huic forti forti
ter ſic huic facili faciliter:huic difficili difficiliter diceremus
Ergo conſtant eſſe. Nomina ſic autem poſita ſunt pro ad
uerbiis quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro
aduerbiis conſtituta : ut toruũ clamat pro eo quod eſt tor
ue:horendum ſonat pro eo quod eſt horẽde:qua figura ora
tores omnino uti non debẽt . Genus enim eſt ſoloeciſmi ſi
cut ipſe donatus Paulopoſt de ſoloeciſmi ratione monſtra
uit. Scire enim debemus quod datiuus ſingularis. o . termi
natus aduerbium in. e. mittit : ut huic docto docte. i. termi
natus inter huic agili:agiliter:quas regulas ſemper corrupit
auctoritas. Nam inuenimus plerunq; id eſſe aduerbium:
qui datiuus eſt caſus ut falſo:hæc autem ambiguitas elocu
tione diſcernitur quando enim dicimus falſo homini dedi
erit nomen : quando falſo loqueris erit aduerbium:ita ple
runq; in contrarium cedunt: Nam Terrentius ait duriter:
quom dure dicere debuerit : & uirgilius Lugubre quom lu
gubris extenſa dicamus. Ea aduerbia comparãda ſunt quæ
quæ ducunt originem a nomine recipienti comparationem
ut eſt doctus: Ideo enim dicimus docte doctius doctiſſime:
quoniam dicere poſſumus doctus doctior doctiſſimus. Ab
eo quod eſt Tullius cum ſit aduerbium non recipit compa
rationem quia nec nomen recipit: Sunt alia aduerbia quæ
ſẽp per ſe comparantur. ſũt autẽ quæ nõ egẽt cõparatiõe ut
eſt mane: Nemo enim dicit manius:nemo maniſſime. Ve
rumtamen hanc quam per ſe inflexionem non habemus:
poſſumus facere adiectionem illaꝝ particularum ut magis
& maxime:ut puta ſit poſitiuus mane cõ paratiuus magis
mane . Superlatiuus maxĩe mane. Omnis pars orationis
cum deſierit eſſe quod eſt nihil aliud eſt niſi aduerbium.

Iccirco ſi nomen deſierit eſſe nomen non faciet pronomen:
aut participium ſed ſolum aduerbium. Vt eſt ſedulo nam
ſi dicas ſedulo homini dedi nomen eſt ſi dicas ſedulo feci:
aduerbium eſt . Item pronomen aliquando & aduerbium
eſt quom enim dico quid eſt:erit pronomen quom dico
quis ſcit erit aduerbium. Item uerbum plerunq; et aduerbi
um eſt:quando enim dico pone prima ſyllaba accentum
habente erit uerbum quando ultimæ ſyllabæ:do:accentum
erit aduerbium hoc eſt diſcretionibus cauſa : Nam ultimo
loco uerbi acutus accentus nunq̃ ponitur . Item participiũ
aliquando aduerbium eſt quom enim dico me ad uillam
profecto cõtigit : participiũ eſt profecto:quom dico profec
to quæritis aduerbiũ ẽ profecto. Itẽ ãte præpoſitio nõ nũq̃
& aduerbiũ eſt :Præpoſitio in hac elocutione erit ante tem
plum caſum enim habet uictum:ſi autem dicas:ante feci:
erit aduerbiũ: quoniam ſequitur uerbum:& coniunctio ẽ:
ſed plerunq; & pro aduerbio ponitur quom dicimus ut te
fortiſſime teucrum accipio. Heus ſi dolorem ſignificet inter
iectio eſt:heus etiam menſas conſumimus inquit iullus:ſi
autem uerbum ſequatur aduerbium eſt:heus inquit iuue/
nes monſtrate mearum:erit nomen quom nominibus pro
aduerbiis utimur ut ãte dictum eſt . Illud fideliter tenere de
mus nunq̃ ſeparatim præpoſitionem aduerbiis poſſe con/
iungi ueluti de mane de noctu. Quod autem inuenimus in
docte & in frequenter ſunt quidem præpoſitiones : ſed non
ſeparatim ſicut ſunt etiam particulæ quas ipſe ponit: Arti/
graphus de ſurſum deorſũ deinceps Ita enim conſtat duas
parres orationis ut uno ambæ nitantur accentu : Nec duæ
præpoſitiones interueniente aduerbio ſociandæ ſunt. Præ/
poſitio etiam ideo non poteſt adiungi nomini interuenien
te aduerbio:ut de trans thyberim uenio quemadmodum
illinc uenio.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

Articipium eſt quaſi particapium :habet enim.a. no
mine genera & caſus:a.uerbo autem tempora & ſigni
ficatioues:ab utroq; numerum & figuram:& cætera quæ
ſupradicta ſunt. In poſterioribus illud adduci in cohatiua
uerba illud non habere niſi præſentis temporis participium
futuro autem carere. Ideo autem futuro carent quoniam re
gulam futuri participia.a.præterito ducunt participio præ
teritum autem participium.a. tempore perfecto originem
ſumit & ideo quom incohatiua uerba tempus perfectum
non habent:non poſſumus habere quod additur iam tem
pore perfecto. Præterea dicit participia ab imperſonalibus
uerbis niſi uſurpata nõ uẽire:quæ res penes latinũ nõ erit:
& ſimilia & ſimiliter ab arte diſcedit . Et enim participia a
primapoſitione uerbi originẽ trahũt: cũ igiť imperſonalia
primam perſonam non habent participia non iure ex ſe fa
ciunt:ſed tamen dixi uſurpare nobis licet. Inuenimus enim
apud uarios auctores:quod puto id fieri:non quod de im/
perſonalibus uſurpentur participia:ſed quod ipſa imperſo
nalía fiant uerba pleniſſima: Nam hoc quod dicimus pu/
det & tedet tamen dici in uenimus in auctoribus & pudeo:
& tedeo:unde fiunt & pudens: & tedens participium non
ab imperſonali uidetur ſed a uerbo integro . Odi uerbum
participitum habet oſus quod licet in uſu non ſit tamen cõ
ponitur & in uſu erit exoſus peroſus. Ab eo quod eſt memi
ni artis nullũ participium reperitur:ſi ad uſum uerum eſt:
ſi ad auctoritatem falſum:Nam inuenimus in Plauto me/
minens . Tunicatus galleatus dicit participia non eſſe:ſed
nomina eo quod.a.uerbis non trahuntur:ſed ſi diligenter
attendas aduertens ab ſimilibus participia comprobabis.
Nam licet non faciat tunico galeo: tamen quoniam tem/
pus habent ſine dubio participia ſunt: & enim armatus in
cedit ueſtitus incedit quom dico hoc ſignifico iam arma/
tum:iam ueſtitum eſſe. Sic etiam dicimus tunicatus ĩcedit:
galeatus incedit.i.& iam tunicam habet:iam galeam habet
quæ res tempus oſtendit & ſi tempus eſt participium eſt:

Pranſus cœnatus & reliqua conſtant non eſſe participia ſi a
uerbo nõ ueniunt. Cõceſſum eſt enim regulariter ut.a.neu/
tralibus uerbis liceat nobis uſurpare præterita participia.
ſed quoniam & has artes defendere debemus uel auctorita/
te firmare:neq; ad iſtorꝝ ſimilitudinem alia fingere:ſed illis
tantum uti quæ lecta ſunt. Nomina ſimilia participiis præ
teriti temporis quartæ ſunt declinationis.ipſa autem parti/
cipia ſecundæ ut hic uiſus:huius:uiſus:nomẽ eſt.hic uiſus
huius uiſi participiũ ẽ. Furibũdus & moribũdus quid eſſẽt
& nomina eſſent manifeſtum eſt : quod ſubtracta dus
ſyllaba & addita littera non redeunt ĩparticipia præſẽtis
temporis quod regulariter dictum eſt:Noua ratione parti/
cipia quæ conſtant eſſe participia poſitiuum gradum poſ/
ſunt recipere quoniam participia nullam recipiunt cõpara/
tionem:tamen cõparatiuum gradum plerunq; ſuſcipiunt
acceptior & ingentior:quæ res ſola ſenſus ratione ſecerniť.
Aduerbium de participiis naſci Donatus aſſerit:plurimi ne
gant. At conſtat apud maiores equidem lecta in uſu tamen
eſſe non poſſunt ut dictum eſt in aduerbio.

N cõiunctiõe nihil penitus noui poſuit:ſed ita hic ſi
cut ĩ ſuperiore parte tractauit. Illud plãe adiecit quod
licet nobis cõiunctiones pro aliis coniunctionibus ponere:
quod nimirum eſt quom liceat & alias partes orationis pro
aliis ponere:ut nomen pro aduerbio:pronomen ꝓ aduer/
bio & multa alia ſignificatione tamen mutata.

Ræpoſitio eſt pars orationis dicta quod in loquendo
præponiť et hæc eſt eius natura puta ãte tẽplum: ne
mo enim dicit templũ ante:ſed tamẽ ẽ una præpoſitio quæ
ꝓ arbitrio noſtro ponitur:ut tenus:dicimus eĩm pubetenus
& tenus pube. Itẽ cũ plurunq; ſit poſtpoſita inueniť ut præ
poni omnino nõ poſſit:quod utiq; contra artem uidemus
ut cum dicimus mecum:tecum:nobiſcum uobiſcum . Præ
poſitio autem aut cohæret aut utrunq; efficit con.dis.ita

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

enim loquimur conduco tibi diſtraho : ſeparātur autem &
penes. Et enim cum dicimus apud amicum duæ orationis
ſunt partes: penes arbitros ſimiliter duæ. Aliæ uero & cohæ
rent & ſecerni poſſunt ut præ: nā quom dico prætulit utiq;
cohærens inuenitur. quom autem præ metu ſegregata eſt:
Accuſatiuæ præpoſitionæs triaginta tantum ſunt: illæ
duæ poſſunt in quæſtionem uocari apud & ad: eo quod
ſemper in loco eſt ut apud amicum ſum : ad uero ſecundū
artem ſemper ad locum ut ad amicum uado: q̄q̄ & ſecun/
dum auctoritatem inuenitur in loco: ut ad . M . leucam te
habitare dixit. Vſq; non uidetur plurimis præpoſitio: quo/
niam ſic alia præpoſitio nō poteſt poni : & enim dicimus
ad forum uado ut uirgilius aduſq; columnas exulat : iam
ſi habeat alteram præpoſitionem ipſa præpoſitio eſſe
non poteſt. Nunq̄ enim præpoſitio alteri præpoſitioni co/
hæret. Si autem uolueris ut coniunctim cohæreat: non iam
aduerbium erit ſed potius recipit naturam ſuā nam & præ/
poſitionem præpoſitioni ſic cohærentem ut pro una parte
præpoſitionis habeatur: Inuenimus enim ſæpe apud Cato
nem ut circumcirca. i. circa. In ablatiuis præpoſitionibus. e.
et. ex. hanc habent obſeruationem ut ſi uocalis ſequat̃ : ex:
præponamus ut ex amico audiui ſi autem cōſonans. e. præ
ponatur ut e foro uenio : Illud uehementiſſime obſeruare
debemus: ut. con. et. in. quotienſcunq; habent poſt ſe. s. et
. f. litteram: uideamus quemadmodum pronuntiantur ple
runq; enim non obſeruantes barbariſmos incurrimus. Nā
cum ipſorum natura breuis ſit tamē ſi ſequantur ſupradic
tæ litteræ plerunq; in longitudinem tranſit ut cum dicimus
quo fit confeſſio. Item conſilium conſulit. his enim locis
pronuntiandæ ſunt ut longæ: ſimiliter inſula infula quod
magis auriū iuditio: q̄rtis ratiōe colligimus. Præpoſitiōes
aut ipſa uerba corrumpunt ut conficio Nam erat ītegrum
facio aut utrunq; et corrumpunt et corrumpuntur ut
afficio : Nam affero quod ſcribebatur per . a . et per. d.
incipit ſcribi per. a. et per. f. et item quod erat facio fit ficio

Præpoſitio et quando præponitur & quando poſtponitur:
ſi caſum ſuū retineat præpoſitio eſt ut trāſtra p & remos ſi
autē caſū mutauerit fit aduerbium: ut longo poſt tempore
uenit. Ambiguæ præpoſitiōes quattuor fuerūt. In: ſub: ſu/
per: & ſubter. Quibus maiores indifferēter utebātur. ſed ho
die tātum duæ ſunt: in: & ſub: nam ſuper & ſubter accuſa/
tiuæ habentur. In autem & ſub qua ratione ī ſe ſerentur in
ſuperiore tractatū eſt: Plerunq; eadem eſt præpoſitio quod
eſt & aduerbium ut ante & poſt : ſed quod magis dic
tum eſt hac ratione colligimus. Et enim ſi pars orationis ſe
quatur quæ caſibus ſeruit præpoſitiones erunt ut ante tem
plum propter aquam templum enim & aqua caſuales par
tes orationis ſunt: quando autē dicimus ante fecit. poſt di/
xit aduerbia ſunt: ſi ſequātur uerba. Nouimus itaq; aduer/
bia ſemper uerbis egere.

Nteriectio nihil habet niſi ſolum mentis affectum
quæ tunc interiectio dicitur quando uoce incon
dita profertur. o . heu. et ſimilia quom plenas adhibemus
ad exprimendos animi affectus tam inteiectiones dicuntur
q̄ pro iuteriectionibus ut proh Iupiter ibit hic ait & hæc
pars non poteſt proprium nomen utrius tenere eo quod ua
riæ interiectiones ſunt. nam. o. dolentis legitur: ut . o. mihi
præteritos referat ſi Iupiter ānos. & iraſcentis ut. o. callidos
homines & ſimilia.

FINIS

NICOLAVS IENSON GALLICVS

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES